

*FASTORVM*

# ANTIQVITATIS ROMANAE OPVS ABSOLVTVM.

In quo omnis generis Sacrificationes, Inaugurationes, Conſecrationes, Dedicationes, Electiones, Ludi ſiue ſpectacula: Clades item, Victoriæ, Triumphi, Coloniæ ductæ, aliæque res longè memorabiles,

*Quæ inde ab Vrbe Conditâ, vſque ad emendationẽ Calendarij Iuliani ibidem contigere, iuſto ordine conſignatæ reperiuntur,*

A Dn. MICHAELE BEVTHERO I.C. atque Hiſtorico celeberrimo, Academiæ Argentinenſis quondam Hiſtoriarum profeſſore laudatiſſimo, primitus inſtitutum.

*Nunc autem quam ſtudioſiſſimè cunctis perueſtigatis, additis ſuper Interpretationibus atque illuſtrationibus maximè neceſſarijs continuis, poſt mortem beatiſſimi parentis ſui, publicis Typis traditum*

Per

IOHANNEM MICHAELEM BEVTHERVM F.
I. V. Doctorem, Dagſtulenſis Dynaſtiæ Conſiliarium & Aduocatum Hagenoënſem.



Spiræ
Excudebat Bernhardus Albinus,
CIↃ DC



MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, DIGNITATE ET AVCtoritate ampliſſimis, Virtute, doctrina, prudentia rerumq́ue vſu atque experientia præſtantiſſimis Dominis, S. Imperij Liberæ & florentiſſimæ NORIBERGENSIVM Reipub: Coſſ. Septemuiris, cæteriſque Senatorij ordinis membris conſpicuis, Dominis ſuis gratioſis.

S. P. D.

ROMA, Nobiliſſimi, Ampliſſimi, prudentiſſimiq́ue Domini, haudquaquam indignè priſcis illis temporibus pro capite totius orbis celebrata, plerisq; alijs amplioribus Rebuspub. adeo imitandi quandam normam exhibuit, ut nihil firmum rectumque putarint fere omnes, quod non ſecundum eam inſtitutũ exiſteret, indeque ordinem ſuum proferret: Quamobrem ne nunc quidem eorum ſunt improbandi

labores

labores, qui ſtudio antiquitatis grauiſſimo, ea perquirunt, quæ conſilia hominum informare, animos roborare, adfectus regere, virtutes excitare, gloriam denique & laudes quaſcunque alias perſpicuè ſolent iniungere atque perficere. Hiſce namque partibus potiſſimum ſubſiſtunt ac ualẽt cuncta, quæ in vita noſtra ſuſcipiuntur, tractantur, finiuntur. Quinimo, ut mihi de ſuo Diodorus ille Siculus largiatur, magnas meritò gratias Rerum ſcriptoribus homines debent, qui ſuis operis plurimum vitæ mortalium inſeruière: oſtendunt enim legentibus, præteritorum exemplis, quid nobis ſit appetendum, quiduè fugiẽdũ: nempè qui multa experimenta rerum varijs cum laboribus periculiſque ipſi procul ab omni diſcrimine poſiti, geſta legimus, nos admonent maximè quid conferat ad degendam vitam. Cognitio igitur ex aliorum tum ſecundis, tum aduerſis rebus percepta, doctrinam habet ad omnia valdè neceſſariam. Pulchrum etenim eſt, ex aliorum erratis in melius inſtituere vitam noſtram: & non tam quid egerint alij quærere: quam quid optimè ab ijs actum ſit nobis proponere ad imitandum. Seniorum conſilia, quos longa ætas prudentio-

res effecit, laudantur: at hos tantò antecellit Historia, quanto plura rerũ exemplaria complectitur diuturnitas temporis, quam hominis ætas planè ad vitæ informationem, resque præclarè gerendas, utilissima censenda est Historia, ut quæ Cicerone loquente, testis sit temporum, lux veritatis, uita memoriæ, magistra uitæ, nuncia vetustatis, ac id genus quam plurima alia sub se cõprehendat, lib. 2. de Oratore ab ipso enumerata. Hæc omnia diligenter secum obuoluens clarissimus & Doctissimus Vir, D. Michaël Beuterus Iuris consultus atque Historicus eximius, Academiæ Argentinẽsis professor quondam primarius, parens meus omni ratione beatus, quæ inde ab initio Vrbis, consecrationibus, inaugurationibus, uarijsque Sacrificationibus, electionibus porrò, spectaculis publicis, prælijs, Victorijs, Triumphis, nec non alijs rebus summoperè memorabilibus, usque ad annum Iulianum ibidem acta sunt, et sese contigerunt ex quamplurimis autoribus vetustissimis, in iustum Fastorum ordinem digessit, aperteque Politicarum non minus quàm Historicarum rerum studiosis, præmissa necessaria de Annorum Temporumque diuersa ratio

ratione & ordine tractatione, siquidem turpe uideretur ad annum singula relata esse atque in anno temporeque nos uiuere, constitutionem uerò anni quidq; tēp⁹ sit negligere, pro munere recēsere voluit, quò cōmodi⁹ intelligerēt qd fortuna valeat, & quam probè instituendæ sint quæcunq; actiones hominum: Vnde factum est, cum non omnes uno loco exaudire atque concipere Fastos illos potuerint, quod in uiuis adhuc ubi esset parens meus, commendatione auscultatorum suorum, à multis eruditissimis viris sæpissimè rogat⁹ fuerit, vt etiam typis publicis oculis omnium eosdem communicaret: verum morte præuentus, quod crebro cogitauit, absoluere non potuit: Ne tamen ideò egregius iste labor præter dignitatem penitùs blattis seu tineis relinquatur, ad manus meas totum institutum reassumsi, & superioribus proximis annis, singulis sedulò peruestigatis, additionibus insuper conuenientissimis perpetuis, uberioris cognitionis ergò, illustratum, prælo nunc integrum perfectumque tradere constitui: ad exemplum quarumcunque Amplissimarum Rerumpub: quæ consimiliter solennia sua, facta atque contingentia, quin & ordinationes, mutationes, ritus qualescūque obseruare, poste-

risque ita testata consignataque, clarissimis monumẽtis possent relinquere. Quæ præcipuæ causa est, viri Magnifici, Nobilissimi, Prudentissimi, cur nominibus vestris laudatissimis decoratissimis, hoc qualecunque Antiqüitatis Romanæ opus Historicum, inscribere ausus fuerim. Sunt & aliæ nihilo tenuiores, amor erga studia literarum, omnesque alias artes liberaliores. quibus tota Respub. undiquaque adimpleta uiget, verè summus, quem eousque extensum uidemus, ut uel peculiari Academia magnis sumptibus cõparata, ac etiamnum prælucescente, uariarum doctrinarum uiros peritissimos, ad studiosæ Iuuentutis instruenda ingenia, alere atque euehere non dedignemini, nusquam satis laudabiliter: factum loquitur. Non sileo hic parentem meum piæ memoriæ, qui adeo Reipub. vestræ fuit obseruantissimus, ut non semel pro ea, & toto foedere Francico, olim aduersus Albertum Brandeburgicum necessariò & legitimè inito, consiliarius tum intimus laudatissimi Herbipolensis Episcopi Melchioris Zobelij, uitam suam in discrimen ponere minimè abhorruerit, certò mihi persuadens, si diem superuixisset, ipsum iam dudũ fecisse, quod

ego nunc pirmum eius nomine suscipio: Quin adhuc non deerunt ex ordine uestro amplissimo, quibus is notus charusque existat: ita ut si aliud nihil esset, hæc unica mihi sufficeret dedicationis huius causa. Accedit præterea mea ex parte, magna illa familiaritas, quæ nō ita pridem Rostochij & alijs nonnullis Germaniæ in Academijs, cum præcipui nominis patricijs alijsque uiris Iuuenibus Noricis, Iurium studiosis solertissimis, fuit arctissima, ex quibus cum cæteris Viris Nobilissimis Clarissimis atque cōsultissimis, Iurisconsultis celeberrimis, Domino Iohanne Herel, Dom: Philippo Camerario, D. Marquardo Froër Seniore, D. Nicolao Gülchē, D. Christophoro Gugel, D. Abelo Strasbergero, D. Iohanne Bussenreutero, quos omnes honoris gratia nomino, D. Christophorus Heldius, cuius memoriam, Legato uestro una cum excellentissimo D. D. Philippo Camerario, ad conuentum Spirensem Deputatorum S. Imperij Statuum misso, ante Semestre circiter, in hac ipsa urbe lautè inuicem renouauimus, probatissimum modò Inclytæ uestræ Reipub: agit Consiliarium, & Aduocatum dignissimum. His inquam omnibus argumentis fretus, hoc quid-


quid est & laboris & industriæ nostræ, Nominibus uestris Amplissimis dicatum, non inacceptum ijsdem fore, demissè spero. Quod ut fiat, ac tam beneuolo gratoq; animo à uobis accipiatur, quàm promto Nobilissimis uestris Amplitudinibus à me nunc offertur, etiam atque etiam rogo.

DEVS OPT. MAX. Nobilissimas VV. Amplitudines diu incolumes, una cum spectatissima uestra Repub. conseruet, earundemque cõsilia & actiones omnes ad Sanctissimi Nominis sui gloriam, totius Reipub. tranquillitatem, & Academiæ uestræ celeberrimæ incrementum dirigat, precor. Hagenoæ, IX. Cal: Febr: Anno post Natum CHRISTVM Dominum atque Saluatorem nostrum unicum gloriosissimum. CIↃ. DC.

Nobiliss. atque Magnificent.
VV. Amplitud.

Addictissimus.

Iohannes Michaël
Beütherus V. I. Doctor.



# DE DIVERSA RATIONE VETERIS ANNI ROMANI.

## Prœmium.



NNVM Aurelius Macrobius, non solùm eam temporis partem, quæ cõmuni omnium, aut singularum Gentium vsu sic appellatur, ac à nonnullis in octo sesquimenses vel quatuor trimestres periodos diuiditur: verum etiam cuiusvis in æthere fulgentis stellæ emenso integro cæli circuitu, ad certum aliquod punctum, vnde initiò digressa fuerat; reditum appellari debere censet. Quæ quidem definitio cum ad liberiorẽ [1] & magis generalem anni significationem respicere vel pertinere videatur: nos certè eandem consimiliter, paucis tamen verbis additis libenter amplectemur. Ideoque annum largiore hoc modo intellectum, temporis partem ex cuiusque cælestium aut æthereorum luminum, emenso secundum propriam sui motus conditionem, integro cæli circuitu ad præscriptum aliquem locum, à quo dimoueri olim cœperat concinno reditu collectam, aut ex ciuili consuetudine & vsu ad præteritum & futurum temporis continuum cursum distinguendum pro arbitrio Gentium cõstitutam & obseruatam definiemus.

Annus autem priscis Latinis vnde dictus fuerit inter Gram-

maticos non admodum conuenit: Nonnulli enim, in quorum numero & Sextus Pompeius est, vocabulum hoc à Græcis deriuatum putant, eò quod illi Græci ἔνον καὶ τρίενον sicuti nos annum & triennium dicant, sed minus commodè. [2] Plerisque aliis hæc videtur deriuatio: cum apud Suidam & Eusthatiũ alia dictionis eius lectio, præsertim in emendatioribus Codicibus reperiatur. Atteius [3] Capito apud Macrobium annum à circuitu temporis dictione latina appellatum tradit: siquidem Veteres Latini præpositionem An, pro circum [4] vsurparunt. Quemadmodum & Cato in Originibus, An terminũ abactus, pro circum terminum dixit.

M. Terentius Varro annum ab Annulo nominatum iudicat: nimirùm quod eodẽ modo, quo parui circuli annulorum, magni etiam circuli annorum siue orbes dicantur. In hanc sententiam & Seruius annum quasi anulum, qui in sese redeat appellatum putat, eamq; ob causam apud AEgyptios ante literarum vsum, siue etiã post in suis notis Hieroglyphicis picto Dracone siue Serpente caudam suam mordente, annum significatum fuisse refert.

Qua quidem ratione Pan [5] ille, quem totius naturæ Deum Ethnicorũ antiquitas olim coluit, pedum [6] recuruum habuit propter annum in semetipsum, id est, sese recuruentem. Atque hinc est quod Græci annum ἐνιαυτὸν quasi ἐν ἑαυτῷ, id est in seipso dixêre. Fuerunt [7] alij qui annũ ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι hoc est ab innouando, vt qui subinde renouetur & in eo cuncta è terra nascentia renouentia, dictum arbitrarentur; quibus opinionem ego suam relinquo. Ac nihilominus multò rectiùs fieri existimo, si Latinorum dictorum deriuationes ex eadem Lingua Latina ducantur.

At quia ex hac ampliore definitione cuiuis facilè apparet, nõ vnam & candem, sed ex diuersorum auctorum traditionibus diuer-

diuersam eamque multiplicem ac variam anni rationem colligi:nos rectè annum initio duplicem constituemus. Alterum quidem naturalem, alterum lege, aut consuetudine vim legis habente introducendum. Naturalis enim ille erit, qui ex orbium æthereorum & stellarum in iis lucentium conuersione certisque legibus constante motu describitur: Ac licet hunc Seruius triplicem Lunarem 30. dierum, Solstitialem siue Solarem [8] xij Mensium & Magnum, quo omnes, omnium æthereorum orbium Stellæ in eundem denique recuruant locum; alij Solarem tantùm, à Cicerone, Vitruuio & Suetonio vertentem, à Virgilio Magnum appellatum tradere videantur: Nos tamen nihilominus eum in Maximum Magnum vertentem & vertente minorem, iustis id suadentibus rationibus, forsan haud incómodè diuidemus. Scilicet, Maximum illum intelligimus, quem ex omnium vtriusque generis, aut saltem ex Octaui orbis stellarum Tropica sui motus lege, ad eundem cæli locum, vnde prius digressæ fuerant, longiore aliquo interuallo redeuntium conuersione circulari integra, metiri possumus. Veruntamen hac in parte considerandum est, Maximorum eiusmodi annorum quantitatem, secundum varias aliorum atque aliorum auctorum, non ad eundem planè scopum collimātium, traditiones, adeò reperiri diuersam, vt etiam singuli eorum, qui hac de re aliquid prodidêre singulas eorum metas constituisse [9] constet.

Etenim Plato [10] & qui sequuti sunt ipsum Philosophi, talem annum, quem ipse perfectum, Aristoteles Maximum, aliique complures philosophi, vt Macrobius habet, Mundanum appellant, ex longissimo multorum annorum solarium interuallo, quo omnium stellarum vtriusque, siue alterutrius generis, legitimo suo motu ad eundem locum [11] vnà reuertantur, considerant.

Atque huc pertinet quod M. T. Cicero in his verbis ex-

primit de fin. bon. & malor. verè ne, inquit, potest esse dies sæpius, qui semel [12] fuit? Ne id quidem, nisi cum multa annorum intercesserunt millia, & omnium sy derum eodem, vnde profecta sunt, [13] fiat reuersio. Nec dissimili ratione idem in 6 de Repub. libro P. Scipionis Africani personam introducens, Homines, inquit, annum tantum Solis, [14] id est, vnius astri reditu metiuntur: re autem ipsa cum ad idem, vnde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemque totius cæli descriptionem longis interuallis retulerint, tunc ille verè vertēs [15] annus appellari potest. His tamen porrò addunt nonnulli quod concurrentibus eo modo in vno aliquo loco stellis errantibus omnibus mundi totius machina sit penitùs interitura: illisq; deinde cursum de integro reuocantibus alterius mundi fore initium: [16] quin etiam talem annum vertentium siue Solstitialium annorum Myriades [17] aliquot definiunt; eiusque summam Hyemem, κατα κλυσμὸν; hoc est mundi incendium, æstatem verò ἐκ πυρώσιν, hoc est mūdi incendiū.[18] vocant. Vt autem de temporis interuallo quo Magnus vel Maximus hic annus absoluatur, ex variis variornm scriptorum diffidentibus admodum inter se opinionibus, nonnihil in medium deferamus, prætereundum nequaquam illi [19] fuerint alios aliis multò vel maiorem vel minorem annorum vertentium siue Solarium numerum assignare.

Fuerunt enim Physicarum rerum inuestigatores [20] nonnulli qui talem annum post vsitatos quindecies mille ex motu siue Solis siue Lunæ, vt ego existimo, numeratos annos exactos fieri mundanumque appellari tradidêre.

Sed Aristarchus annos vulgares, [21] annos bis mille quadringentos octogintaquatuor, Achates Dyrrhachius quinquies mille quingentos quinquaginta duos, Herodotus & Liuius decies mille octingentos; Dion tredecies mille nongentos

octoginta

oćtoginta quatuor; Orpheus [22] centies ac vicies millenos. Caſſander Platonem forſan ſecutus, tricies ſexies millenos, Cicero in Hortenſio, Cornelio Tacito & Seruio teſtibus, duodecies mille oćtingentos, quinquaginta quatuor, licet Seruius duodecies mille oćtingentos quinquaginta quatuor habeat. [23]

Iulius Firmicus ad annum AEgyptiorum, quem κυνικὸν vocant, reſpiciens mille quadringentos ſexaginta vnum, Magno iſtius modi anno, ſiue maximo eiuſmodi anno vertenti adſcripſerunt.

Ioſephus Hebræus ſexcentis [24] anni Maximi periodum conſtituit. Solinus & quidam alij Phænicis [25] vita eum circumſcripſerunt, annorum ſcilicet 950. Poſſit etiam conſimili ratione quadam ex anticipatione quoque Æquinoćtiorum & Solſtitiorũ conſtitui maximus annus, quadragintaquinque millium annorum, ſiquidē vni diei anticipationis tribuantur anni 125. ſiue etiam quadraginta ſeptem millium annorum, ſiue 132. itemque quadraginta nouem millium annorum, ſi centũ triginta ſex anni pro vnius diei anticipatione [26] ſumantur: Eodem modo etiam ex integra reuolutione progreſſionis Stellarum fixarum in oćtauo Orbe poſſit conſtitui maximus annus, qui ſicubi ſingulis gradibus annumerentur anni centeni, conficeretur integra reuolutio annis tricies ſexies millenis. [27]

Sic enim ex recentioribus etiam aliqui tempus perfećtæ omnium orbium cæleſtium reuolutionis [28] definiunt: Nec tamen interea defuêre qui Maximum annum planè infinitum, nec in ſeſe vnquam reuerſurum putauerunt: Atque hæc pleraq; omnia de Anno Maximo, ex Macrobio, Cenſorino & Solino iam dićta ſufficiunt.

Magnum vero annum eum intelligimus, qui non modo ex errãtium Stellarum ſuperiorũ [29] propriis motibus, ſed etiam

ex eo temporis interuallo, quod inter duorum ex ipsis aut simul omnium in vna aliqua Zodiaci siue Signiferi orbis parte coniunctionem elabitur, æstimamus.

Etenim Saturnus annus 30. Iupiter 12. Mars 2. proprio suo motu totius circuli Signiferi ambitum percurrunt. Hinc Saturni & Iouis cõiunctio decimo octauo quoque anno, Saturni & Martis, itemque Iouis & Martis biennio quoque seu paulò amplius, [30] fieri solet.

Annus vertens idem nobis cũ Cicerone & Victruuio est, qui aliis Solaris, aut Solstitialis dicitur; nimirum ex solis per integrum Cæli circuitum proprio motu collectus. Vertente minorem ex inferorum Planetarum propriis motibus ad integrũ cæli circuitum consimiliter absoluẽdum definimus; & hac quidem ratione Veneris annum trecentorum quadragintaquinque dierum, Lunæ autem singulorum, siue Periodicorum paulò plus vicenis octonis, siue Synodicorum [31] vicenis nouenis diebus, horis ferè 13., [32] compræhensorum, mensium interuallo, ex Astronomicarum obseruationum Regulis, affirmare licet. Cumque non solum ex superiorum Planetarum emensis per integrum cœli circuitum singulorum motibus; verum etiam ex inferiorum sæpius repetitis conuersionibus, aliàs ex Solis, aliàs ex Lunæ, imò & ex vtriusque horum numerosis aliquot siue propriorũm motuũ perfectis per integram cœli περιφερίαν circuitionibus, aut eorumdem συζυγίαισ mutuis, varia magnorum annorum curricula, quamuis nec illa quoque vna aliqua & eadem ratione priscis obseruata fuerint temporibus; factum est vt ex diuersis inuentis & præscriptis intercalandi normis, magnorum annorum plures aliæ subinde species, ab ingeniosis hominibus excogitatæ fuerint atque propositæ.

Hinc enim Hipparchus [33] huiusmodi annum magnũ ex Solaribus 304. Democritus Abderites octuaginta duobus,

Calyp-

Calyppus [34] Septuaginta sex annorum, Philolaus Pythagoricus & Oënopides Chius cui apud Olympios AEneam statuam eius rei testem erectam fuisse, quinquaginta [35] nouem, Methon Atheniensis 19. [36] annos constituêre. Obseruarunt [37] eadem ferè ratione, & alij quoque veteres Græci Octoëteriden ab Eudoxo Guidio, teste Laertio, ex AEgyptiorum disciplina Nectanabo tradente, vel vt alijs placet, à Leostrato Tenedio, siue etiam secundum alios à Doxideo, pro Solis & Lunæ cursu, certis temporum interuallis adæquando primò introductam & constitutam.

Hanc igitur Octoëteriden imitati deinde sunt plures gentes vel populi, qui varia mensium intercalandorum excogitata ratione suas singuli Octoëteridas prodidêre, vbi Harpalus, Nautelis, & Menestratus annotarunt. Nam ex huius aut consimilis annorum interuallis, certo quodam deprehenso limite, religiones, Ceremoniæ, atque his cognata instituta quamplurima, ab antiquis Græciæ populis obseruari, sed ciuiliter tantum, solebant. [38] Quemadmodum apud Delphos etiam Pythia octauo quoque completo anno fiebat. [39] Hæc tamen ex Solis & Lunæ non paucis congressibus Synodicis præcipuè obseruata, & pro temporum recurrentium commodiore distinctione publicâ tandem interueniente auctoritate, vndecunque receptâ, nec minus laudabili, Romanorum æquè ac veterum Græcorum diligentiâ, mirum in modum vtiliter conseruatâ, magnorum annorum interualla ad ciuilem potius quam naturalem annum referenda videntur.

Sic namque Græcorum Olympias, quæ à Ludis Ioui Olympio in AElide ex prima Herculis institutione quarto quoque anno expleto vel quinto iam incipiente Solstitij æstiui tempore celebratis [40] dicebatur. Haud aliter Tricteris quoq; à tertij cuiusque recurrentis anni initio, quod eo tempore Bac-

chi solennia sacra celebrarentur nomen [41] habebat. Consimiliter & Lustrum quod ad Græcorum Pēteteridis Olympicæ forsan imitationem Seruius Tullius apud Romanos videlicet, vt quinto quoque anno censu ciuium habito, lustrum conderetur, primus instituerat, ex ciuili aliqua institutione quam ex naturali vel Syderum Octaui orbis vel errantium stellarū proprijs ac perpetuis conuersionibus originem sumpsisse iudicabimus.

Interea tamen veteres illos Græcos & Pēteteridis Olympicæ & Trieteridis quam diximus, nec non & Octoëteridis Pythiorumque Delphicorum interualla, secundum diuersa intercalationis, hoc est, menses lunares, cum solaribus adæquandi rationem instituisse, nullo modo negabimus. [42]

Hæc enim omnia pro Solis & Lunæ coniunctionibus ad eosdem Mensium dies ciuiles reducendis, hoc modo sancita fuisse res ipsa testatur. Cæterùm vertentem annum qui & Solaris & [43] Solstitialis, Cicerone, Victrunio & Suetonio prius allegatis, alijsque non paucis veteribus Philosophis; Astronomicarum disciplinarum cognitione haud leuiter instructis testibus ideò sic vocare solemus, quod cum ex Solis veluti omniū aliorum in cœlesti regione incedentium luminum principis ac Moderatoris, per 12 Signiferi orbis imagines, proprio sibique peculiari circuitu, donec ad idem vnde prius discesserat punctū, reuertatur, omninò æstimemus. Hinc enim Cicero Mercurium anno ferè vertente Signiferum lustrare [44] docet. In quam sententiam & Virgilius [45] de anno proprij motus Solis reditu intelligendus est, vbi ait,

*Atque in se sua per uestigia uoluitur annus.*

Eadem ratione apud Victruuium [46] legimus, quod Sol vnius signi siue duodecimæ partis mundi spacium, mense vertente, hoc est, Synodico transeat: Atque ita 12. signorum interualla pererrando, cum ad illud vnde cæperat post modū redeat,

anni

anni vertentis ſpacium perficiat. Neque diſſimiliter Cenſorinus annum vertentem eſſe tradit, dum Sol duodecim ſigniferi ſigna percurrens, eodem vnde profectus eſt, redit. Quin & Pſellus Platonicus Philoſophus in libro Aſtrologicarum quæſtionum χρόνον, quem annum ipſe intelligit, Solis ab vno ſigno ad illud idem vnam atque eandem ſecundum proprium ipſius curſum obliquam circuitionem definit.

Eiuſmodi autem vertentis anni tempus ab Aſtronomis non eodem nec æquali temporis ſpacio pro diuerſorum ſeculorum & ætatum diuerſis obſeruationibus dimenſum ac deprehenſum fuit: qua quidem de cauſa Solaris anni alijs atque alijs temporibus non eandem obſeruatam deprehenſamq; quãtitatem ordine proponere hoc loco lubet.

Nam etſi vertentis anni, ſcilicet Solaris vexam quantitatem reperire ac demonſtrare, tùm propter inſtrumentorum fallaciam, tùm etiam octaui orbis non per omnia ſibi perpetuò & æqualiter conuenientis motum, difficilè admodum ſit, non tamen illud omninò impoſſibilè diligens illa & curioſa in tantis rebus antiquitas iudicauit: eaque de cauſa pro temporum varijs ætatibus non eandem huius anni periodum ex multiplici obſeruationum accuratiſſimarum ſtudio collectam exhibuerunt: ac primò quidem annum ex Solis proprio per Signiferi ſingulas partes motu dimenſum, dupliciter ab Aſtronomicæ Philoſophiæ profeſſoribus conſiderari conſtat: cùm alias temporis interuallum, quo Sol ad eandem octaui orbis ſtellam reuertitur, aliàs verò illud quo Sol totum Signiferi circuitum emenſus ad idem ſiue Solſtitij ſiue æquinoctij punctum redit, in ſuis obſeruationibus quàm diligentiſſimè perſcrutari conſueuerint: Eorum namque alterum ſyderum, [48] alterum Tropicum, hoc eſt, vertentem annum vocarunt. [49] Hipparchus Rhodius qui ante N. C. Dei Filium annis circiter 144. flo-

ruit, cumque secutus Ptolemæus Aegyptius, qui pari post natum eundem nostrum Saluatorem temporis & annorum interuallo successit, Tropicum hunc siue vertentem annum ex Solis per Signiferum proprio circuitu, quo ab AEquinoctij verni puncto digressus eodem reuertitur dierum trecentorum sexaginta quinque, horarum quinque, scrupulorum primariorum 55. secundariorum 12. constituêre. Quam sanè Solaris anni quantitatem plerique omnes porrò subsequuti Mathematici, qui per annos in septingentos alios claruerunt, tamquã certam & immutabilem retinere non dubitarunt: attamen elapsis post insignem illum Ptolemæum tot annis, adeoque post N. C. 880, prodijt tandem Mahumetes quidam Arabs Technifilius, vnde & Albategnius [50] à nostris nominari solet, Qui annum Solarem Tropicum siue vertentem diebus 365. Horis 5. Scrup: prim: 46 . [51] Secund: 24 confici affirmaret. Alphonsus [52] postea Castellanus Rex, qui magnis Sumptibus cælestium motuum tabulas multorum artificium [53] opera extrui curauit, vertentis [54] anni quantitatem dierum 365, Horarum 5. 49. 16. Spacio absolui tradidit. Nostra autem ætate Caspar Cruciger Theologus, & Erasmus Reinholdus, Nicolaum Copernicum secuti, cum omnibus superiorum temporum in hoc genere obseruationibus, suas etiam conferentes, exacurata talis negocij anni Tropici Solaris, qui latinis vertens, Copernico temporalis dicitur, veram siue apparentem quantitatem seu magnitudinem, nunc iterum aliquantò maiorem quam vel Alfonsi Regis, vel Albategni Arabis tempore fuerit, ac ei quæ ab Hipparcho & Ptolemæo traditur propemodum æqualem, vtpote dierum 365 H. 55, deprehenderunt. Hæc autem anni vertentis pro diuersis temporibus diuersa quantitas vnde oriatur, & quo modo Syderius annus à tropico siue vertente differat, alibi discutiendum nunc relinquo.

De

De anno qui vertente minor est, hoc tantum obseruetur quod is ex inferiorum sub Sole errantium trium stellarum Veneris, Mercurij, & Lunæ per Signiferi singulas partes circuitu æstimari atque definiri solet. Sic enim clarum illud, quod Veneris appellatur lumen, alternante proprij sui orbis meatu intra signiferi sirculi septa, iustum sibique conuenientem ætherei orbis circuitum trecentorum 49, dierum spacio, donec ad idẽ vnde prius discesserat punctum reuertatur, Solem aliàs præcedendo, aliàs vero sequendo planè absoluit: neq; à Sole vltra quantitatem Semidiametri sui Epicyclj, quæ est partium ferè 46. siue graduum, vnquam recedit: Solem etiam orientẽ dum aliquantò interuallo præcedit φώσφορος, dum eundẽ sequitur occidentem Hesperi nomine dicitur. Proximum infra veneris orbem est sydus Mercurij, quod regularẽ suum cursum in Sphæra inferiore & angustiore, Signiferi circuitum integrũ lustrando conficit, neque à Sole siue eum præcedat, siue sequatur, viginti duabus partibus recedit.

Lunæ cœlestium siue æthereorum orbium infimam & Elementari, hoc est, corruptioni obnoxio mundo, proximã Sphæram tenet; Ideoque multò breuiore quam reliquarum errantium stellarum vlla, videlicet 27. dierum, horarum 8. spacio, totius cœli circuitum proprio suo motu, à certo quouis loco, donec ad eundem redeat peragrare consueuit. Ac licet hoc ipsum temporis spacium, quo Luna in suo orbe integrum cæli circuitum perambulat, mẽsem constituere videatur, omnes tamen omnium ætatum gentes in annui temporis dimensione & partitione non tam ad proprias Lunæ periodos quam ad eiusdem cum Sole congressus aliàsque menstruas applicationes respexisse certum est: ita vt ex 12. Solis & Lunæ congressibus quos menses dicimus Synodicos, quorum singuli diebus 29. H. 12. 44. 3. constant, annum vertentem mediocrem, & quidem

354 dierum æſtimarunt. Cum autē talis annus à Numa Pompilio poſt Romuleum annum, qui decem tantum menſibus conſtabat, grauibus de cauſis ciuitati Romanæ præſcriptus, ad exactam Solis in Signifero ſub Ecliptica conuerſionem non omninò congrueret; Deerant enim adhuc dies 10. H. 15. 11. 19. Excogitata fuit intercalandi quædam ratio, qua vel altero vel tertio quoque anno, ſiue etiam quocunque alio modo menſium Synodicorum initia interiectis aliquot diebus, quos ὑπερβάλλοντας, adeoque integro nonnunquam menſe, quem ἐμβόλιμον Græci dicebant, cum Solaribus an eundem diem redirent: Et quia non vna & eadem omnibus gentibus, dum pro ſuo quælibet arbitrio anni ſpacium conſtituerent, intercalationem fuit obſeruata ratio, factum eſt, vt illa temporis anni diſpoſitio Ciuilis diceretur annus, eò quod eius ex menſium ac dierum certo numero definita quantitas magiſtratuum ciuilium æquè ac Pontificum ſacris rebus præfectorum, Publica quadam auctoritate, pro variarum circunſtantiarum neceſſaria conſideratione introducta, communique vniuerſi alicuius populi conſenſu recepta, longiore tandem vſu penitus cōfirmaretur: quemadmodum verò ciuilium annorum non eadem vbique ſecundum menſium ac dierum præſcriptum numerum fuit obſeruata quantitas: ita nec idem vbique conſtitutum erat anni initium: ſiquidem diuerſarum gentium aliæ breuiori, aliæ longiori temporis ſpacio, licet interea vel ad Solis vel ad Lunæ tantum, ſiue etiam vtriuſque motuum viciſſitudines reſpiciebant omnes annum quæque ſuum concludebant.

Etenim Chaldæorum Sacerdotes anno menſtruo vſos aliquando fuiſſe Xenophon ille, quem Gryphi ſiue Gryphonis filium, nonageſima quinta circiter Olympiade floruiſſe nonnulli tradunt, haud obſcurè affirmant, ſicuti & Ægyptijs 57 idem illud à Diodoro Siculo & Plutarcho in vita Numæ Pom

pilij

pilij ascribitur. Et quamuis non desint, qui menstrui anni obseruationem, ideò quod Macrobius & quidam alij Solaris anni rationem Ægyptios tantùm integram conseruasse tradant, minus verisimilem iudicent, nihilominus tamen vel vnus Diodorus complures annos in Ægypto versatus, & qui Ægyptiorum annales quantum quidem licuit, magna diligentia euoluit, locuples & fide dignus à nobis produci testis poterit, nimirum alia in sacrorum administratione & publicis annalibus condendis; alia in Politicarum rerum tractatione anni formâ vsus illos fuisse, neque menstrui anni rationem hoc modo neglexisse existimabimus. Ommitto iam annos [58] quibus Ægyptios consimiliter vsos aliquando fuisse Plutarchus & Xenophon ille scribunt. Neq; mirum id nobis videbitur, cum Iberos [59] etiam quadrimestrem annum obseruasse, vel ex Strabone lib. 4. doceri posset. Ad Solarem vero Ægyptiorum annum si respiciamus, [60] certè 365. dieb: neglecto qui superest quadrante, [61] cōprehensum fuisse nullum est dubium: Idq; eodem planè modo de Chaldæorum anno Solari statuendum esse, ex Q. Curtij autoritate iudicamus. Hebræi annnm suum duodecim Synodicis mensibus constitutum obseruabant, cum denique aliarum complurium gentium more vel altero vel tertio quoq; anno accommodato mense intercalari, ad naturalē qui Solis circuitu integro perficitur, reducebant. Est enim illa quæ ex Solis circumactu in duodecim menses, vel potius dies 365. & quadrantem distribuitur, anni temporis quantitas vt omnium optima & naturæ conuenientissima; ita sacrarum quoque literarum [62] testimonio omnium proculdubio antiquissimo, id quod suo loco postea similiter explicabitur.

Arcades etiam vti prius de Ægyptijs dictum, trimestrem annum primi, Censorino & Macrobio testibus habuerunt, vnde & Luna sese priores [63] natos gloriabantur, eaq; de causa

προσέληνεσ siue προσέληνοι provt Eustathius interpres Homeri refert, appellabantur.

Quamuis id inde profectum videtur, quod illi Græcorum in Achaia antiquissimi temporis distinctionem ex Lunæ motu deprehensam, priusquam reliquæ vicinæ & magna ex parte tũ aduentitiæ gentes habuerint Cares [64] & Acarnanes [65] sex mensibus annum suum metiebantur, Censorino & Solino testibus, scilicet vt æstatis pariter & hyemis labente spacio annus absolueretur apud Laurentes, [66] Lauinios vel Priscos Latinos & Aborigenes [67] tredecim mensium erat annus, ita vt illum diebus 374. definiendum putarent, licet ij neque Solares neque Synidicos menses magnoperè sibi obseruandos existimaret, sed dierum tantùm numero in tredecim partes diuiso, singulos mẽses vicenum octonum dierum, quod quidem tempus Mensem Lunarem Periodicum, [68] sedecim horarum interuallo superat, suo quodam more peculiari constituerent. Albani à Troianis & Lauinijs [69] Latinis oriundi, annum decem Mensium qui ex 304 [70] diebus constarent 70. diebus Lauiniano anno minorem habebant. Eos igitur imitatus Romulus Albanis regibus prognatus: & Romanæ vrbis conditor, eandem anni rationem nouæ vrbis à se conditæ ciuibus proposuit, initium eius ab illo Mense statuens, quem propter Martem, cuius ipse filius credebatur, Martium denominarat, Alterũ deinde Mensem Aprilem, tertium Maium, 4. Iunium : reliquos Quintilem Sextilem, Septemb: Octob: Decembrem videlicet à numero secundum quem à Martio quisque distabat appellauit. Quemadmodum hanc rem P. Ouidius Poëta his versibus exponit.

*Martius erat primus Mensis, Venerisque secundus.*
*Hæc generis princeps, [71] ipsius [72] ille pater.*
*Tertius à Senibus, Iuuenem de nomine quartus*

Quæ

*Quæ sequitur numero turba notata fuit.*

Nec mirabimur forsan tantam apud alias atque alias gentes circa temporis annui, ac mẽstrui obseruationem fuisse olim & nunc sese offerre variationem: si considerabimus, quamlibet vbiuis locorum tantam non omninò stolidam & à communi hominum iudicio alienam alicuius nationis aut populi societatem, partim ob lingarum administrationis politicæ, morum atque id genus aliarum circumstantiarum, partim verò, vt quidẽ & imprimis apparet ob Religionis & sacrorum dissimilitudinẽ æmulationis quodam studio, non modo in anni quantitate, verum etiam in illius initio, inter calandorum siue mensium siue dierum ratione, adeoque & eorum ordine, constituendo, diuersa planeque contraria multa, vt quæ publica quadam auctoritate plerumque proponerentur, facilè receperint. Sic enim ex gentibus quasi omnibus Chaldæi ac Babylonij, quibus & vicinæ Assyriorum, itemque Elamitarum siue Persarum nationes, hac in re coniungi posse videntur, æquabilem annum dierum 365. ex proprio Solis motu obseruatum primi habuerunt: quos imitati Ægyptij 73 eandem anni rationem & ipsi sunt amplexi, receptamque constantissimè retinuêre.

Quod autem 10. non amplius mensium numero suum Romulus annum constituerit, eumque ab Albanis desumserit, ex Iunij Graccij, Marci Fuluij Nobilioris, M. Terentij Varronis, Suetonij Tranquilli aliorumque complurium auctorum sententia, Censorinus refert. Nec diuersum Ouidius quoque cum T. Liuio 74 sentiens, enumeratis eiusmodi numeri aliquot causis, tradit, vbi sic ait,

*Tempora digereret, cùm conditor vrbis in anno*
*Constituit menses quinque bis esse suo.*
*Scilicet arma magis quam Sydera Romule noras*
*Curaque finitimos vincere maior erat.*

*Est tamen & ratio Cæsar,* [75] *quæ mouerit illum* [76].
*Erroremque suum quo tueatur habet.*
*Per totidem Menses à funere coniugis vxor*
*Sustinet in vidua.*

In hac sententiam & libro 3. Fastorum idem poëta scribit

*Annus erat decimum cum luna exeperat orbem*
*Hinc numerus magno nunc in honore fuit.*
*Seu quia tot digiti per quos numerare uidemus* [77]
*Seu quia bis quino fœmina mense parit.*
*Seu quod ad vsque decem numero crescente uenit*
*Principium numeris sumitur inde nobis.*
*Inde patres* [78] *centum, denos secreuit in orbes*
*Romulus fastatos instituitque decem*
*Et totidem princeps totidem pilanus* [79] *habebat*
*Corpore legitimo quisque merebat equo.*
*Quin etiam partes totidem Iatiensibus.* [80] *ille,*
*Quosque vocant Ramnes, Luceribusque dedit,*
*Assuetos igitur numeros seruauit in anno,*
*Lugeat hoc spacio fœmina mæsta Virum.*
*Neu dubites primæ fuerint, quin ante Calendæ*
*Martis ad hæc annum* [81] *signa referre potes.*

Horum quoque 10. Mensium in Anno Romuli, Martium qui primus in ordine erat, dierum xxxj. Aprilem 30. Maium 31. Iunium 30. Quintilem 31. Sextilem & Septembrem xxx, Octobrem 31. Nouembrem ac Decembrem 30. dierum: ac maiores quatuor [82] plenos reliquos vero vacuos fuisse appellatos, Romanæ antiquitatis plerique scriptores tradunt. Nec tamen desunt alij qui Romanos regnante Romulo præter rationem & accuratum ordinem Mensibus vsos existimant: è quibus Plutarchus etiam Romulej anni Mensium, alios 30, alios 31. non nullos plurium dierum constitutos, ac nulla neque Solis

lis neque Lunæ ratione habita, dies tantum 365, hoc est menses 12. dierum 30. obseruatos fuisse affirmat. Verùm vtut sit, videtur minus verisimile, quod hac de re Plutarchus refert, eumque secutus Theodorus Gaza credit. Cur enim veritati minus consentaneum existimemus, sicubi Romulum anni curriculum 10. tantummodo mensium siue dierum 304. spacio conclusisse statuamus, neq; vel Grammaticorum quorundam vel Homeri ætate, annum perinde atq; Romulo regnante, non 12 sed 10. potius mensium fuisse disputantium placita contentiosa approbemus? Cum autem anni [83] Romulei ratio, propter dierum paucitatem admodum concisa, neq; Solis neq; Lunæ conuersionibus integris, nè mediocriter quidem conueniret, eoq; modo cõtingeret vt hyems præcipitaret æstatem, & contra æstas hyemis tempora occuparet, hoc est, vt æstiui menses in hyemẽ, hyberni in æstatem inciderent, fieri non potuit quin & annorum & mẽsium intollerabilis quædam confusio sequeretur, adeò vt 12 tales anni Romulei, vix decem annos ex integra Solis, in Signifero conuersione obseruatos, viderentur exhibituri. Qua etiã de causa, si quis eiusmodi error occurreret, tantum dierum numerum quantus pro eo tempore, quo prior Solis ac Lunæ congressuum habitus, reduceretur, sufficere posset, sine vlla mẽsis appellatione, assumptũ fuisse nõnulli credidêre: scilicet hinc forsam illud est, quod Seruius [84] ait, duos menses propter rationẽ signorũ anni intercalari [85] cõsueuisse, qui postea à Iano & Februo [86] sunt cognominati. Hãc verò nõ satis cõmodã anni Romulei rationẽ, cũ Numa Põpilius è Curibus Sabinorũ vrbe ad regnũ à Romanis euocatus probè intelligeret, eamq; prout ingenio variarũ rerũ ac Etruscæ [87] haud dubiè philosophiæ disciplinis instructo, p̃clarè valebat, necessariò emendandã esse iudicaret annũ apud Romanos; duodecim mensibus porrò dimentiendum censuit, idq; vt pro rudioris tũ seculi cõditione cõcinnius fieret addidit

trecentis quatuor anni Romulei diebus. [50] alios ita vt annus 354. dierum, qui duodecim Synodicos conſtituerint menſes obſeruaretur. Etſi vero Græcorum exemplo idipſum inſtitutū fuiſſe nonnulli exiſtiment, nihilominus tamen illorum in hac de re opinionem nequaquam veriſimilem eſse, vel eam ob cauſam arbitramur, quod Numa Pompilio apud Romanos regnante Græcorum Scholas phyſicas in Italia nōdum notas fuiſse conſtet: ſatisque euidenter poſſit probari. Neque enim locum habebit vllum, ſi quis fortè antiquiores quoſdam Romanorum rerū ſcriptores, qui Numam regem à Pythagora [88] religionis & Philoſophiæ diſciplinas accepiſſe affirment, nobis opponi poſſe contendat: ſiquidem inanem iſtorum opinionem vel ipſe Liuius [89] aperte refutat, his verbis. Auctorem doctrinæ eius. (Numam intelligit.) quia non extat alius, falſo Samium [90] Pythagoram edunt. Quem Seruio Tullio regnante apud Romanos centum poſt annis, [91] eoque amplius in vltima Italia ora circa Metapontum, Heracleamque, & Crotonem oppida Iuuenum philoſophiæ ſtudioſorum cætus habuiſſe demonſtrari poteſt. Ex quibus locis, etſi eiusdem ætatis fuiſſet Pythagoras, quæ fama in Sabinos, [92] aut quo linguæ commercio, quemquam ad cupiditatem diſcendi exſciuiſſet? Quoue præſidio vnus per tot gentes diſſonas [93] rationes ſermonibusque perueniſſet? Suopte igitur ingenio temperatum animum virtutibus fuiſſe opinor magis, inſtructumque non tam peregrinis artibus, quam diſciplina tetrica ac triſti veterum Sabinorū, [94] quo genere nullum, quondā, incorruptibilius fuit. Hæc ille. Sed licet hoc modo Liuius falſam quorundam opinionem, quam & Ouidius poëta ſecutus fuit, à temporis diuerſa ſerie neceſſario repræhendat, rationem tamē ſuæ confirmationis imbecilliorem adducit, quod ijs temporibus ex aliqua regione ad aliam quampiam linguæ commercio diuerſam ſex vel ſeptem dierum iter conficiendo,

do Numa [95] Pompilius aut quiuis alius proficisci & etiam ingenij cultum ex aliena lingua consequi ita potuerit; proptereaque rectiùs benè concludit, Numam etiam proprijs ingenij viribus ac animi probè temperati virtutibus, hoc est peculiari quadā naturæ bonitate instructum, seu ero veterum Sabinorum disciplina potiusquàm peregrinis artibus fuisse imbutum. Si quis autem Numam, non solum ex patria Sabinorum, sed ex vicina quoque Edruscorum religionis, ac sapientiæ disciplina præstantem ingenij sui naturam non paulò politiorem reddidisse affirmet: illius certè iudicio nolim ego contentiosè refragari: cum nullo modo dubitem quin Numa quicquid vel in religione vel in temporum digestione vtiliter constituendum censuit, ab Edruscis disciplinarum omnium antiquissima cultura in tota Italia tùm celeberrimis, transsumpserit. Quandoquidem & Romulum non exigui momenti publicos quosdam ritus ac mores ab Edruscis mutuatum, in suam vrbem introduxisse, & Liuij & Dionysij Halicarnassei aliorumq; probatissimorum aliquot scriptorum testimonijs potest demōstrari. Addo, quod & Sabinos Numæ gentiles, à Saturno Prisco oriundos, quamplurimas Religionis & Sacrorum rituum, itemque rerum Astronomicarum, nec non variarum rerum & inuentionum, ingenuosas disciplinas, ab eodem Iano accepisse, non omninò temerè complures affirmare [96] videntur. Quapropter hoc loco quas & cuiusmodi Numa Pompilius in 50 vel 51. diebus Romuli anno addendis habuerit rationes, quā mensium ordinem & in singulis dierum numerum obseruandum constituerit subiungere lubet.

Etenim ille cum Romuli anno 10. Mensium siue dierum 304. vt paulo ante dictum, dies porrò adiecisset 50. ita vt totus anni circuitus, ex 12. Mensibus Synodicis, id est, diebus 354. probè constare videretur; necessarium quoque putauit, vt ex-

adiectis à se diebus 50, duos. Menses integros, quibus Romuli annus superaretur conflaret. Cumque illi à prioris anni Romulei mensibus, qui partim Bicenos partim Tricenos, singulos dies exhibebant, recentiores illi duo, 97 propter minorem dierum numerum, aliquantò longius dissiderent, intermittere nō potuit, quin ijs, 6. mensibus, qui in anno Romuli tricenum erāt dierum totidem dies & singulos quidem singulis detraheret, eosq; reliquis 50. recens adiectis diebus, coniūgeret. Ex huiusmodi 56. diebus menses deinde duos æquali Vicenum octonum dierum numero constituit, ac eorum alterum. Ianuarium à Iano appellatum, anni principium, Alterum Februarium à Fe-
98 bruo dictum, anni finem esse voluit. Hæc autē annui temporis distributio, vt Græcorum ab Olympiadum initio forsam obseruatæ rationi non admodum dissimilis apparet, ita illis gentis exemplo & imitatione, eandem à Numa institutam fuisse anni formam certò affirmari non posse arbitror, id quod alibi discutiendum nunc omitto. Veruntamen singulare quiddā & ab omniū aliarum gentiū usitato more alienum, in dierū totius anni numero Numam proposuisse fateri cogimur: si quidem in honorem imparis numeri, qui vel ante Pythagoram religiosissimè apud plerasque gentes obseruari solebat, vnum porrò diem 99 adiecit, eumque Ianuario vt is 29. diebus constaret attribuit. Sic enim in singulis mensibus, vno tantum Februario excepto non minus atque in anno integro dierum numerus impar 100 habebatur. Quod sanè fieri nullo modo potuisset, si menses 12. aut pari aut impari dierum numero absoluendi fuissent omnes. Quamobrem Ianuarius, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, ac Nouember ac December unde tricenos, Martius vero maius, Quintilis & October tricenos singulos complectebantur. Cum interea solus Februarius, non tam quod Dijs manibus vel inferis quibus tum iusta fiebant, quam quod ijs di-

minutio

minutio & p dierũ numerus, quẽ antiquitas impare infaustiorẽ iudicabat, cõuenire potius videretur. Cæterũ ex hac mẽsium instituta ratione, facilè apparet, vnde Calẽdarũ & Nonarũ, nõ idẽ in omnibus mẽsibus fuerit olim obseruatus, & nũc etiã numerus obseruetur: Martio.n. Maio, Quĩtili & Octobri, vt q tricenis singulis cõstabãt dieb. Senas Nonas à Numa Põpilio attributas, easq; septenis eorũdẽ dieb. cõgruere, cũ reliquorũ omniũ mẽsiũ q̃ternæ tantũ Nonæ ad Quinos ipsorũ dies referẽtur. Nonas autẽ, qui proximè seq̃bãtur dies 8. Idus[101] nominatæ fuêre. Et quia ex Nonarũ ordine cõtingebat, vt mẽsiũ maiorũ ac cęteris plures cõplectẽtiũ, Id⁹ in q̃ndenos; at aliorũ in denos dies ternos, à singulorũ initio dies incideret, factũ est, vt residui porrò ad finẽ cuiusq; mẽsis dies iuxta numeri ordinẽ, quo illi sequẽtis proximè mẽsis Calẽdas præcedebant, sub eiusdem quoq; nomine & æquali numero omnes, vno tantũ Februario excepto censerentur: Mensis enim ille, quia 28. tantũ dierum numero absoluebãtur, vno pauciores, quã reliqui Calendarum dies in succedentẽ sibi mensem transmittebant: & sic sanè is, qui singulorum mẽsium Idus, proximè sequebatur dies decimus septimus, & in Februario 16. ante mensis inde sequentis Calendas vocabatur.[102]

Neq; prætereundum hoc loco fuerit, q Ouidius, Macrobius & alij quidam de Ianuarij ac Februarij duorũ anno Romuli à Numa Pompilio additorũ mensium ordine monent, eosq; ita collocatos fuisse docent, vt alter ille, cui à Iano, tanquam omnis initij præside, nomen tribuendum existimarit, in ipso anni exordio primus, alter verò dijs inferis propter parem dierum numerum sacratus & lustrationibus addictus, nõ modo vltimum anni locum obtineret, sed & intercalationibus, per quas Solarium & Lunarium mensium disparitas concilianda, Solisq; ac Lunæ congressus menstrui, ad eosdem anni dies reducendi erãt, præ omnibus alijs inseruiret.

Non admodum dissimili ratione Græci [103] in extremũ anni sui tempus, eum, qui Solstitium æstiuum præcedebat proximus, intercalarem suum mensem referebant, ita vt hoc solum inter Athenienses & Romanos esset discriminis, quod illi confecto mense vltimo, qui Scirophorion [104] ipsis erat; hic verò post 23 diem Februarij terminalibus iam peractis, intercalarem siue mensem siue dies inserere, ac residuos 5. dies, post intercalationem absolutam subiungebant, vetere vel pristino, vt Macrobio videtur, Religionis more scilicet vt Februarium omninò Martius sequeretur. Sed quærat aliquis, si Numa Pompilius Ianuarium primum, Februarium vltimum anni mensem constituit, qua ratione, quando, vel à quo Februarius ipsi Ianuario annum auspicandi contiguus factus sit successor? Respondet Ouidius his versibus lib. 2. Fast.

*-----Antiqui ne nescius ordinis erres,*
*Primus vt est Iani: mensis & ante fuit.*
*Qui sequitur Ianum, veteris fuit vltimus anni,*
*Tu quoque sacrorum, termine finis eras,*
*Post modò creduntur spacio distantia longo,*
*Tempora, bis quini continuasse viri.*

Cum autem nusquam alibi Decemuiros vel inspiciendis libris Sybillinis, vel pro scribendis legibus destinatos, Ianuario Februarium subiunxisse legatur, existimant nõnulli, neutris hoc decemuiris esse ascribendum. Nec tamen desunt, qui decemuiros ad inspiciendos libros Sybillinos creatos vnâ simul & fastos correxisse putent; itaq; eam forsan ob causam, quòd Tuditanus & Cassius Hemina eos [105] Decemuiros qui decem tabulis leges duas addidêre, de intercalando populum rogasse, prouiderunt. Quemadmodum & Manium, [106] Acilium Glabrionem Coss. [107] inito iam bello AEtolico idem egisse M. Flauius retulit.

Sed

Sed quamuis obstare horum autoritati possit, quod Varro, teste Macrob. I Saturn. antiquissimam legem in ærea columna L. Pinario & Pub: Furio Coss: fuisse incisam, eique intercalariæ rei mentionem 308 ascribi tradit: Ita vt in tanta opinionum varietate, vix aliquid certi de anni ac Mensium primis emendationibus affirmandum relinquatur: Nos tamen Liuij & aliorum doctissimorum complurium autoritatem non temerè sequuti, Numam Pompilium regem anni à Romulo instituti dispositionem, deprehensis in eo non paucis, ijsque minime tollerandis erroribus, prudenter & eruditè correxisse, adeoque duobus adiectis mensibus, & concinna quadam intercalandi ratiõe, tum primum ostensa, temporis digerendi, multo quam ante vsitata fuerat, cõmodiorem normam proposuisse affirmabimus. Quãquam ne hoc quidem negemus, fieri potuisse, vt post Numam errores intercalandi præscriptis legibus, non semel commissi & animaduersi, pluries etiam ab alijs atque alijs magistratibus, prout necessitas exigebat, iam hoc, iam illo modo fuerint correcti: Et quia non eãdem illam anni Pompiliani & Dierum intercalariũ rationẽ, sed longè etiã à C. Cæsare Romani anni confusionem emandaturo deprehensam fuisse, nemo harum rerum vtcunque eruditus, negauerit, certè nec dubitabimus, quin vna cum anni mensiumque ordine intercalaria quoque Edicta inter Numæ pompilij & C. Cæsaris tempora non semel fuerint immutata, proptereaque in veteris anni Romani constitutiõne, dispositione, & ad motum Solis reductione non modo Numã sed & Tarquiniũ Priscum regem Rom. L. Pinarium & Q. Furiũ Coss: Decemviros: & M. Aciliũ Glabrionem initio belli AEtolici consulem, cum pro longiori temporum & annorum successione ex intercalandi minus absolutè traditis legibus vitij & erroris nonnihil obrepsisset, singulis eorum temporibus, tam in ipsius anni forma, quam intercalarium dierum obseruanda in-

sertione

ſertione neceſſariò aliquid innouaſſe omninò ſtatuemus. Quæ autem à Numa Pompilio anni forma, quaque de cauſa intercalarium dierum ratio primùm inſtituta fuerit, His verbis Liuius lib. 1 exponit. Simulat ſibi cum Dea Ægerja cõgreſſus nocturnos eſſe, eius ſe monitu, quæ acceptiſſima Dijs eſſent, ſacra inſtituere; ſacerdotes ſuos cuique Deorum [109] præficere, atque omnium primũ ad curſum Lunæ in 12. menſes deſcribit [110] annum, quem quia tricenos dies ſingulis menſibus Luna non explet, deſuntque dies ſolido anno, qui Solſtitiali circumagitur orbe, intercalares menſibus interponendo, ita diſpẽſauit, vt 20. quoque anno ad metam eandem Solis, vnde orſi eſſent, plenis annorum omnium ſpacijs dies congruerent. Hactenus Liuius. Verumtamen hic Liui locus certam intercalandi rationem nõ exprimit; Ideoque in dubio quid potiſſimùm ſtatuat vel ſequatur, relinquere videtur.

Plutarchus in vita Numæ, rem illam in hunc ferè modum exponit; quod Numa, inquit, inæqualitatem inter 12. menſes Lunares Synodicos & integram Solis in Signifero conuerſionem, vndecim dierum [111] reputans, vtpote anno Lunari 354. Solari 365. dies habente vndecim illos dies duplicatos, alternis annis intercalatione facta, quæ duorum & 20. eſſet dierum in Februarium induxerit.

Hæc verò intercalandi ratio ad annum trecentorum 55. dierum quem à Numa in imparis numeri reuerentiam conſtitutum fuiſſe ex Macrobij & aliorum auctoritate traditur, nullo modo, ſed ad alterum potius qui more Græcorum dies tantum 1354 continebat, pertinere videtur. Quapropter veriſimile eſt, ab ijs qui Numam longiori aliquo temporis interuallo ſequuti ſunt magiſtratibus, intercalationis huiuſmodi legem, ita immutatam atque correctam fuiſſe, vt redundante illo die ſublato, annus ad Græcorum imitationem, dies non amplius 354. compre-

comprehenderet: sic enim fieri potuit vt hæc ipsa intercalandi ratio dierum 22. altero quoq; anno decies obseruata, annorum 20. spacio initium anni ad eundem Solis & Lunę in Signifero situm quam proximè reduceret. Neq; opus fuerit vt apud Liuium loco iam allegato, 24. pro vicesimo quoq; anno contra vetustiorum Codicum fidem legeretur. Cum enim & quadrans diei sex ferè horarum, 365. diebus, anni Solaris adhæreret, ac quarto quolibet anno, dies adhuc vnus superesset, [112] initiũ fuit aliud intercalationis consilium, vt binis annis intercalationi destinatis, aliàs 22. aliàs 23. dies, alternatim insererentur. [113] Et hoc quidem modo Plutarchum [114] & Censorinum de anni Pompiliani intercalationibus diuersum tradentes intelligi ac conciliari posse arbitror. Macrobius aliam ab hac non admodum dissentientem intercalandi rationem in Anno Numæ Regis vsitatam fuisse tradit, his verbis: Cum enim Romani ex hac distributione Pompilij ad Numæ cursum sicut Græci annum proprium computarent, necessariò & intercalarem mensem instituerunt, more Græcorum. [115]

Nam & Græci cùm animaduerterent temerè se 354. diebus annum ordinasse. [116]

Quoniam apparet de Solis cursu, qui 365. diebus Zodiacum totum conficit, deesse anno suo 11. dies & quadrantem, intercalares statuta ratione commentij sunt, vt octauo quoque anno 90. dies ex quibus 3. menses tricenum dierum composuerunt, intercalarent. [117] Id Græci fecerunt, quoniam erat operosum atq; difficile singulis annis 11. dies & quadrantem intercalare. Itaque maluerunt hunc numerum octies multiplicare & 90. dies qui proueniunt si quadrans cum diebus vndecim octies componatur, inserere, scilicet in 3 menses, vti iam dictum, distribuendos.

Hunc ergo ordinem Romanis quoque imitari placuit, sed

frustra: quippè fugit eos diem vnum sicut supra monuimus, additum à se [118] ad Græcum numerum in honorem imparis numerj [119] ea re, per octennium conuenire numerus atque ordo nō poterat, [120] sed nondū hoc errore comperto per 8. annos 90. quasi superfundendos Græcorum exemplo, computabant dies: alternisque annis, Binos Vicenos, alternis ternos Vicenosque intercalantes, expensabant intercalationibus 4. sed octauo quoque anno intercalares affluebant 8. dies, quibus Vertentis anni numerum apud Romanos super Græcos abundasse iam diximus. Hoc quoque errore cognito, hæc species intercalationis introducta est, tertio quoque octennio ita intercalendos dispenbant dies vt non 90, sed 66. intercalarent. [121] Compensatis 24. diebus pro illis, qui per totidem annos supra Græcorum numerum creuerant. Hæc Macrobius. Idem vero de Græcis affirmat etiam Solinus, Nam Græci inquit, singulis annis 11. dies & quadrantem detrahebant, eosque octies multiplicatos in annum 9. reseruabant, ut contractus nonagenarius numerus in menses tres per tricenos dies fungeretur, qui anno 9. restituti, afficiebant dies quatringentos 4 4. quos ἐμβολίσμους uel περβάλλοντας nominabant. Nos autem non dubitemus, quin & apud Græcos diuersis temporibus, diuersæ nō modo ipsius anni constitutiones, sed intercalationum quoque leges, non eædem fuerint obseruatæ, de quibus alibi dicendum. Tandem verò C. Iul: Cæsar. quem Iulius Firmicus Astronomicæ studiosissimum ac peritissimum fuisse tradit, posteaquam belli gerendi causâ in Ægyptum uenisset, ac Alexandriæ aliquandiu substitisset, longè commodiorem ab Ægyptiis anni rationem, nec non veriorem eius quantitatem, Appiano Alexandrino & Macrobio testibus. didicit, Romamque deinde reuersus & pontificatus Maximi honorem consecutus, ad vniuersum Reip: statum, non in alijs modo rebus quam plurimis, verū

etiam

etiam in Fastorum vitiosa multis tùm annis obseruatione corrigendum, laudabili quadam solicitudine, animum adiecit: præsertim quod superiorum Pontificum vitio per intercalandi licentiam vsque adeò iam pridem essent turbati facti, vt neque Messium feriæ æstati, neque Vindemiarum cum Autumno conuenirent.

Quæ quidem ei iustissima ac planè necessaria fuit causa, vt annum porrò ad Solis cursum accommodandum, eumque ex diebus 365. constituendum & mense intercalari sublato, vnum tantum quarto quoque anno diem intercalandum censeret. Pontificum autem illud vitium quale fuerit, Censorinus exponit: nimirum plerosque illorum, qui intercalandi negocium & corrigendi erroris alicuius occurrentis commoda ratio ipsorum arbitrio permissa esset, vel ob odium vel fauorem, vti quis magistratum citiùs abiret, eoq; diutiùs fungeretur, aut publici rédemptores, anni magnitudine in lucro damnóve essent, plus minusvè ex libidine intercalandi perciperent, rem sibi ad corrigendum mendatam, vitiosè deprauasse. [122]

Quemadmodum id ipsum Macrobius etiam his verbis testatur, Fuit tempus, inquit, cum propter superstitionem intercalatio omnis omissa est, nonnunquam verò per gratiam sacerdotum, qui publicanis proferri vel imminui consultò anni die solebant modo auctio, modo retractio dierum proueniebant; & sub specie obseruationis, maior emergebat confusionis occasio: sed postea C. Cæsar omnem hanc inconstantiam temporum, vagam adhuc & incertam; in ordinem statutæ definitionis coëgit, annitente sibi M. Flauio scriba, [123] qui scriptos dies singulos, ita ad Dictatorem retulit, vt & ordo eorum inueniri facilimè possit, & inuento, certus status perseueraret. Eodem verò Pontificum intercalandi vitio cùm adeò esset aberratum, vt Cæsar Dictator, quemadmodum iam diximus, annum ad

Solis cursum dirigere, eiusq; concinniorem aliquã & cõmodiorem retionẽ inuestigare, atq; instituere penè cogeretur, Vtiliter sanè adhibito Soligene, [124] vbi Plinius refert, eius scientiæ peritissimo, rem tanti momenti aggressus, eandem non infeliciter perfecit. Ille enim nouæ ordinationis initium, dies omnes, qui confusionem adhuc facere poterant, consumsit, eaq; re factum est, vt annus [125] confusionis vltimus in quadringentos 44. dies protenderetur. De hoc anno confusionis à Macrobio sic appellato, Censorinus quoq; consimilitet scribit: ac adeò aberratum fuisse tradit, vt C. Cæsar Pontifex Maximus se Tertium, & M. Æmilio Lepido Coss. quo retrò delictum [126] corrigeret, duos menses intercalares dierum 67. licet alij alium numerum referant, 68. 64. 77. 79. Nouembri & Decembri mensibus, inter Nouembrem ac Decembrem interponeret, cum enim iam mense Februario dies 3. & 20. intercalasset, faceretque annum dierum 445.

Sed hoc loco mirari aliquis posset, quare confusionis illũ annum 444. dierum Macrobius fuisse dicat, cum tamen paulò post nihil à Censorini sentẽtia diuersum tradere videatur, dum Iulium Cæsarem, decem dies obseruationi veteri, vt annum efficeret 3 6 5. dierum, quibus Sol Zodiacum lustrat, super adiecisse docet Veruntamen respondere licebit, si vtique quadringentorum 4 4. dierum confusionis annum prodiderit, neque librarij aliquod vitium ibi irrepserit, respexisse cum ad Græcorum Atheniensium anni à posterioribus Romanis receptam imitationem, cuius ipse mentionem non obscurè circa huius rei tractationem [127] facit.

Ij namque annum habebant 354. dierum quibus si 90. dies, [128] alij tres menses in anno cõmmuni efficientes; annumerentur, colligetur numerus 444. dierũ. Quapropter & veterẽ obseruationem Pompilianam illam prius institutã, quasi à posteriori

ſteriori aliqua diſſidentem, ab ipſo appellatam fuiſſe apparet. Huc etiam pertinet, quod in C. Cæſaris vita, Suetonius tradit, in hunc modum. Quo autem magis, inquit in poſterum è Calendis Ianuarijs nobis temporum ratio congrueret, [129] inter Nouembrem ac Decembrem menſes duos alios interiecit, [130] fuitque is annus quo hæc conſtituebantur, 15. menſium, [131] cum intercalario menſe, qui ex conſuetudine iam inueterata in eum annum [132] inciderat. Solinus autem, cum intercalares huius anni dies vt exemptos ex anno numeraret, eum 344. dies tantum habuiſſe, non abſq; errore exiſtimauit, [133] quia Cæſarem anni inconſtantia motum, dies 21. & quadrantem, vt certum ſtatum præteritus reciperet error, ſimul intercidiſſe [134] refert: Cum tamen tot nequaquam dies intercidere, ſed potius tres menſes 90. dierum adiungere oporteret. His igitur à Cæſare laudabiliter confectis, Ægyptiorum anni rationem, aliqua ex parte imitatus, nouam Romanis anni ciuilis formam eamque ſecundum Solis curſum acceptam propoſuit: ita quidem, vt illa 365. diebus & quadrantem conſtaret, ac ſacerdotes ad quos Faſtorum cura ſpectabat, menſe intercalari in poſterum penitus ſublato, ſaltem vnum diem, qui biſextilis vel biſextus nominabatur, eodem menſe ac loco quo etiam apud veteres menſis intercalari conſueuerat, hoc eſt, ante 5. extremos Februarij dies, intercalaretur, teſte Macrobio.

Sic verò diebus 355. vt Cenſorinus quoque vult, addidit 10. eoſque per 7. menſes, qui dies [135] vndetricenos habebant, hoc modo diſtribuit, vt Ianuario Sextili & decembri bini accederent: Cæteris, videlicet Aprili, Iunio, Septembri & Nouembri ſinguli: quos dies extremis menſium partibus ideò appoſuit, ne Nonarum & Iduum religionem, quæ ſtatuto erat die Nouella enim comparendi ratione corrumperet.

Sed nec post Idus eos voluit inserere, ne Feriarum quarumcunque violaretur indictio. Qua propter cum in 7. Mensibus dies singuli & triceni sint, quatuor, tamen illi ita primitus instituti, eò dignoscuntur quod Nonas habebant Septimanas cæteri omnes quintanas. Hoc autem loco obseruandum est, eruditorum quorundam, paullo aliam hac de re extare sententiam: nimirum quod C. Cæsare 10. illos dies (quos anno Pompiliano 355, dierum addiderit) ita distribuerit, ut Ianuario ac Decembri, vnde tricenum dierum Mensibus dies bini, reliquis verò vtpote Aprili, Iunio, Sextili, Septembri, Nouembri, nec non & Februario singuli dies adijcerentur, eoque modo Februarius, non vt ante à Pompilij temporibus obseruari cousueuerat, 28. dierum numero pati, sed vno adiecto 29. potius dierum, & quidem reliquis omnibus mensibus minori numero constaret, Martio, Maio, Quinctili, & Octobri suum ex Numæ Pompilij constitutione, numerum tricenum singulorum dierum, sine vlla siue aditione siue imminutione illæsum, retinentibus, & quia in honorē Iulij Cæsaris Dictatoris, Macrobio teste Quintilis, Mensis, legem ferente M. Antonio M.F. Consule, [136] scil: quod ante diem quartum eius Mensis Idus Cæsar in lucem editus esset, ab ipsius nomine Iulius fuerat appellatus: isque Mensis dies vel à Numæ temporibus 31. haberet, ac postea consimiliter Sextilis etiam in C. Octauij honorem quod ab eo Respub: præclarè aucta iam esset, ex Senatusconsulto C. Martio Censorino C. Asinio Gallo Consf. vti Censorinus annotauit, Augustus diceretur, tunc sanè ei impar ille Februario mensi prius à C. Cæsare adiectus dies Augusto additus [137] est, vt & ille 31. dies complecteretur: videlicet ne Augustus Iulio inferior videretur, & sic Februario iam denuò mutilato 28. tantum relicti sunt dies in anno [138]. communi, cum alias in bi. Sextili anno propter diei quadrantem, quarto quoque anno quadruplicatū

&

&insertum, dies 29. retineret.

Illum enim vt veram Solaris anni quantitatem, quoad eius fieri posset commodissimè suppleret, ita tum instituit, vt per acto quarti cuiusque anni circuitu eodem eius tempore, quo mensis ante consueuerat, post terminalia, hoc est, inter 23. & 24. Februarij dies intercalaretur, ac Bissextus vel bissextilis diceretur, 159. ideò quod duo illi contigui dies ad Sextum Calendas Martias eodem numero & appellatione referrentur; Cum autem post C. Cæsaris mortem, quæ mox in alterum emendationis annum incidit, Sacerdotes nouum quendam inconsultè ac temerè admisissent errorem; ita vt quarto non exacto, sed iam eius initio instante, sub finem tertij diem illum intercalarem, annorum 36. interuallo duodecies inseruissent; 140 eosque modo tot annis non vti debuerant nouem, sed 12. dies intercalassent; Augustus tandem Cæsar tam importuno isti errori remedium adhibiturus, non incõmodè iussit, annos postea duodecim sine intercalatione decurrere, vt tres dies, qui præter nouem illos necessariò intercalandos Pontificum siue inscitiæ siue negligentia irrepserant, concinna quadam ratione compensarentur, anniq́ue Iulianj genuina constitutione in suum ordinem tempestiuè reducerentur.

Sic enim æreæ tabulæ ad æternam custodiam incidi mandauit, vti Macrobius testatur: Sed & Solinus idẽ affirmat his verbis, *Et tunc quoque vitium admissum est per sacerdotes:* Nam cum præceptum esset anno quarto vt intercalarent vnum diem & oporteret confecto anno quarto id obseruari, antequam quintus initium sumeret, illi incipiente quarto intercalarunt nõ desinente. Sic per annos sex & 30. cum nouem dies tantummodo sufficere debuissent, duodecim sunt intercalati: quod depræhensum Augustus reformauit, iussitq́ue annos duodecim, sine intercalatione decurrere, cùm tres illi dies, qui vltra nouem ne-

ceſſarios, temerè hoc modo fuerint intercalati, hoc modo poſſint conciliari: Ex qua diſciplina, omnium poſtea tēporum, fundata ratio eſt. Quemadmodum verò apud diuerſas nationes nō idem anni principium obſeruari ſolebat: Hebræis diuerſa quadā ratione aliàs ad Vernū, aliàs Aſiaticarum complurium gentium conſuetudine ad autumnale Æquinoctium, Græcis Athenienſibus ad æſtiuū Solſtitium, Arabibus, Ægyptijs, Perſis, Aſſyrijs ad alias anni partes reſpicientibus: ita & Romani, quamuis initium Romulus à Martio menſe, hoc eſt, ab ineunte Vere Albanorum more haud dubiè deduci voluiſſet; mox tamē ex Numæ Pompilij ſubſequenti conſtitutione aliud anni principium ab ipſa Bruma ſiue Solſtitio Hyberno ſumere didicērūt. Quod quidem ineuntis anni Exordium Cæſar etiam nō leuibus de cauſis apud omnem Romani Imperij poſteritatem diligenter conſeruari voluit: Sic enim in anni neceſſariò à ſe conſtituta correctione initium eius à primo Solis & Lunæ poſt Solſtitiū Brumale [141] ingreſſum, qui cum in ipſas Ianuarij Calendas [142] anno ante N. C. Saluatorem noſtrum 45. incidebat, omninò ſumendū duxit: eo forſan conſio, vt neq; cum diuerſis alijs gentibus anni principium Romanis ita commune eſſet, vt ab illis aliquā anni conſtituti rationem mutuati viderentur, neq à prioris Pompiliani anni vſitato tot iam ſæculis initio Romanos temerè diſceſſiſſe vllo modo appareret, &c.

Cæterum, de poſteriori Gregoriana anni putatitia correctione, nihil hoc loco attinet dicere: ſufficiant hæc quantum ad Romanorum Veterem anni conſtitutionem, qua hodiè adhuc paſſim in Imperio vtimur, ſcire conuenit.

IOH.

# IOH. MICH. BEVTHERI I. C. NOTÆ, siue INTERPRETATIONES ad præcedentem deductionem rectiùs intelligendam.

1 i. Communiorem.

2. Plutarchus in vita Numæ Pompilij probat veteres habuisse annum quadrimestrem. Galli & Belgæ, Angli, Flandri, Brabantij, in Ducatu Treuirensi, & apud Florentinos incipitur annus nouus à die Paschatis. Pictones, Gascones, &c à die annunciationis Mariæ, 18. die Martij. Pisani ab incarnatione Christi incipiunt annum nouum, nulla habita vicinorum ratione.

3. De quo vide Calapinum.

4. Ambitio pro circumitio, ambustus, id est, circum ustus, Ambigere quasi circumagere, quando quis dubitat: Anfractus quasi circumfractus, anquirere pro diligenter inquirere sollicitè, & curiosè, veteres.

5. Cham, quem coluerunt Ægyptij sub nomine Panis, in Sacris literis, in Psalmo Tabernacula Cham, à Græcis dictus Cham Pan, vt Panopolis ciuitas.

6. Ein grüner Stab.

7. Vide Liuium Gregorium Gyraldum in libello de annis & mensibus, mihi pag 14.

8. Quem ex motu Solis proprio metimur, Nam intra dies 365. Sol conficit conuersionem totius circuitus cœli motu proprio, contra motum primi mobilis.

9. Magna est inter autores hac de re varietas, de anno scl. Magno, qui hic distinguitur inter Maximum & Magnum, alij faciunt Vertentem & Maximum: Vertentem rectius distinguimus inter Maiorem & minorem.
10. Plato in Timæo, dialogus est refertissimus multiplicis doctrinæ, & vnus ex acutissimis.
11. Ad eandem cœli partem, ad idem cœli punctum, ita Plato illud punctum, illam cœli partem, in qua enim omnes stellæ errantes, siue stellæ fixæ octaui orbis, suo aliquando tempore omnes simul reuertantur, vnde aliquando regressi fuerant, vocat μοῖραν.
12. Ita etiam Physicè interdum loquimur: dies hesterna quæ preterijt, an possit aliquando redire? Hoc negat Philosophus & nos sentimus: ac scire debemus, Deũ ita cõdidisse ordinẽ naturæ, vt eum immutare nolit, qui sumus Christiana religione imbuti, q̃ autem habemus exemplatria, neq; plura in Sacris literis immutati ordinis naturæ, habuit hoc singularem rationẽ ad manifestationẽ suæ Diuinæ omnipotentiæ, I. tẽpore Iosuæ, II. Ezechię, vbi fecit vt vmbra gnomonis retrograderetur ad gr. 15. ein gantze stundt/ III. Eclypsis tẽpore passionis in ipso plenilunio: sed aliàs Deus nõ vult mutare ordinẽ naturæ semel ita conditum, vt persistat in isto statu perpetuò, donec ad destructionem totius vniuersitatis perueniatur.
13. Cicero hoc sumpsit ex Platone, vbi de Magno anno disserit Plato: sunt speculationes Platonicæ.
14. Intelligit in annum vertentem.
15. Quem rectè Maximum dicimus, hoc est, ex omnium stellarum vtriusque, siue alterutrius tantum reditu, vnde aliquando fuerant profectum.
16 Suspicati sunt aliquid illi Philosophi, non tamen rem planè intellexerunt de vniuersali diluuio tempore Noë: intellexe-

runt

runt etiam vt aliquando orbis totus igni consumatur, ꝙ fiet in aduentu Domini nostri Iesu Christi.

17. Vt est apud Censorinum.

18. Forsan ex monumentis veterum Patriarcharum habuerunt aliquid isti Philosophi de vniuersali diluuio, sed deinde alij aliter de his rebus, & de conflagraturo mundo somniarunt.

19. Scilicet temporis interuallo.

20. Vide Macrobium in Saturnalibus.

21. Siue secundum motum Solis, siue Solis & Lunæ sumatur.

22. Credo in annorum Orphei numero esse corruptum.

23. Tacitus in dialogo de oratore: Seruius lib. 1. Æneid. in Vergil. comment.

24. Forsan sex millibus.

25. De Phenice aue varia traduntur à veteribus, quòd in Ægypto conspiciatur, auis vnica sine socio alterius sexus, & quod viuat, vt quidam tradunt annos 900. alij 500. sed ego puto Phenicem non deberi hoc loco intelligi de aue neque etiam de palma vti videtur; Nam Ægyptij etiam sub palma Phænicem appellarunt: vnde pharmaca & electuaria quæ inde cõficiunt ex dactilis fructibus palmarum appellantur Diaphæniconis, cõpositio constans maximè ex Dactilis fructib. Palmæ, quæ singulis mensibus protrudit ramum, & quotãnis 12. ad numerũ 12. mensium: verum ita accipiendum, ꝙ Noah vnà cũ suis filijs, vxore, &c. vt qui apud veteres Syros, Ægyptios & Græcos. habuerit nomẽ Phenicis, & ab eo Phænicia regio illa maritima inter Syriã & Ægyptũ, in qua sita etiã fuit Iudæa, Tyrus & Sydon appellata & denominata fuerit. Vixit autẽ Noah vt in Genesi habetur, annos 950. id ꝙ de aue postea tradiderunt, quæ in tot secula vixerit, ꝙ potius hic referẽdũ ad nomen Phænicis, vt pote cõe ipsi⁹ Noæ, qui vixit post diluuiũ an. 350. ꝗ ad ætatẽ auis: Multò min⁹ ad arborẽ Dactyli siue Palmæ.

26. Quidam etiam putant ex ſtellis fixis octaui orbis progreſſionem fieri in ſubſequentes partes ſignorum vnius gradus intra annos 100. ſed non planè conueniunt vni gradui 100. anni integri, es iſt etwas weniger

27. Vt Plato, & hunc ſecutus Caſſander maximum curſum reuolutionem motus cœleſtis poſuerunt gradibus 360. & cuilibet dato, 100. anni, fient anni 36000. ſed tamen breuiori quam 100. annorũ ſpacio progrediuntur ſtellæ octaui orbis fixæ, vt Regiomontanus, Copernicus, Reinholdus poſt tempora Potolomæi.

28. Multum de his diſputari poteſt, ſed conſtat vni gradui non competere 100 annos integros, Ergò non poſſunt eſſe ſecundum Hipparchum & Ptolomeum 36000. anni.

29. Superiores ſtellæ errantes ſunt Saturnus, Iupiter & Mars.

30. Nam Iupiter conficit motum ſuum anno vno, ita Mars cum percurrit Zodiacum intra biennium, non multò poſt biennium cõiungitur iterum Ioui, motus autem Saturni eſt longè tardior Iouis.

31. Menſes periodici dicuntur vicenum octonum dierum aliquot horarum, id eſt, quo interuallo ab vno puncto Zodiaci vertitur, donec ad illud redeat. Synodici dicuntur quando ſuo proprio motu dimetiatur ambitũ cœli donec ad Solem iterum redeat dierum 29. horarum 12. Scrup. aliquot, ſexagena prima nimirum 43. & tria ſexagena ſecunda. Dicitur etiam Synodicus menſis coniunctionalis, quando ab vna coniunctione Luna digrediens, tandem iterum cum Sole coniungitur, &c.

32. Horæ 12.44.[1] drey viertel ſtunde.

33. Hiparchus vixit ante natum Chriſtum, qui primus apud Græcos obſeruauit ſtellarum fixarum motus & diſtantias inter ſeſe, & formauit illas imagines Syderũ cœleſtiũ apud Græcos

34. Calip-

34. Calippus tempore Alexandri Magni vixit.

35 Habent etiam hodiè Hebræi Iudæi suum Cyclum magnum Festorum, secundum motum Lunæ celebrandorum institutorum, & constituunt illum circulũ magnum ex annis 304.

36. Indè Cyclus nouemdecim annorum, decem nouennalis, quem hodiè vocamus Cyclum aurei numeri, hoc est, quod intra annos 19. coniunctiones & oppositiones Solis & Lunæ redeant, ad eosdem mensium dies & horas, quibus ante annos 19. etiam fuerant Luminaria vel coniuncta vel opposita: sed hoc interest, quod singulis annis 19. fiat anticipatio quædam Cycli decem nouennalis integri diei, propter quam anticipationem Papa Gregorius XIII. Cyclum illum ex traditione Medonis Atheniensis sustulit, & transtulit Cyclũ Epactorum.

37. Illam Medonis rationem in Ecclesijs hucusque Cyclum decennouenalem diximus, siue aurei numeri, die gulden zahl. In his 19. annis habentur 7. Embolismi. Nam dicimus annum communem qui non est bissextilis. Bissextilis est, qui quarto quoq; anno ex quatuor illis quadrantibus abundat vno die. Deinde dicimus etiam annum communem, qui constat ex 12. mensibus Synodicis, sed tamen accidit tertio ferè anno quoque vt annus habeat 13. Nouilunia, qui dicitur annus Embolismicus, idque colligitur ex Epactis. Hinc namque dictus est Cyclus aurei numeri siue ἐννεαδεκαδεκατί- ςιδης & Cyclus Alexandrinus, propter Theophilum in cõcilio, &c. Vt in quo essent 7. anni Embolistici. Nam illi anni 19. continent menses ducentos 35. Synodicos à coniunctione Luminarium: sed Theophilus ille non obseruauit quod de actis annis deesset hora vna & aliquot scrupula, ex qua anticipatione euenit aureus numerus die gulden zahl.

38. Ita quidam ante hac excusaturi Pontificis arrogantiam, nõ

propter autoritatem Pontificiam recipi posse calendarium tamquam constitutionem Ecclesiasticam, sed propter Impe ratoris autoritatem tamquam ciuilem, sed nullum verbum propositum vnquam Ordinibus comitiorum.

39. Fuerunt ludi apud Græcos, quando illa fiebat exæquatio.

40. Quinquagesimo quoq; mēse exacto fuerunt celebrati Ludi Olympij.

41. Sicuti penteris Olympia Græcorum solebant fieri quarto quoque anno completo & quinto incunte, nimirum 50. quoq; mense, ex Herculis constitutione. Ita Romani quinto quoque an. lustrabant vrbme ex instituto primi Regis Seruij Tulij.

42. Sic enim fiebat 50 quoq; mense, ut coniunctiones Solis & Lunæ redirent ad eosdē menses & dies q̃ proxime, qb. ante quadriennium conueniebant. Ita etiam Octoæteris similiter tres menses intercalares conclusit: ita vt illa Octoęteris comprehenderet propter menses duodenos singulorum annorū Synodicos, videlicet dierum 29. & dimidio, erant menses Synodici in illis Octo annis 96. sed tamen præter hos 96. menses, ex epactis intra annos 8. supersunt adhuc 3. embolismici menses, qui erant intercalandi, videlicet ut coniunctiones Solis & Lunæ ad eosdem dies mensium & easdem horas quam proximè non tamen præcisè redirent.

43. Scil. ex motu proprio Solis.

44 Lustrare, id est, procurare proprio suo motu.

45. Vergilius 2. Georgicorum.

46. Victruuius de Architectura lib. 4. cap. 4.

47 Circulus est obliquus Zodiacus. obliquo tramite in Zodiaco vehuntur Sol & Luna & reliquæ stellæ errantes.

48. Dicitur annus Syderius quo Sol à stella aliqua digressus ad eandem reuoluto tempore redit, sed quia Sol nōnihil regres-

be

sus est secundum motum proprium octaui orbis ab octauo orbe, inde Solis cursus est breuior aliquando, Ein gantz Jar vnd ein halb minut Ist annus Syderius kürtzer als tropicus.

49 Ideò Sol citius redit ad illam stellam, quàm ad illud punctũ Eclypticum, à quo antea recesserat.

50. AL. est articulus, vt in Græco ὁ τοῦ τέγνι id est, Mahumetes filius Tegni, AL, BO, HO, dicunt Arabes quemadmodum Hebræi Ben Abenezra, id est filius Ezræ ὁ τοῦ ἐζρᾶ: Mahumetes filius Tegni, Simon Bar Iona, id est, Simon filius Ionæ.

51. Scil. 9. pauciores scrupulas quam ex obseruationibus Hipparchi & Ptolomæi.

52. Alphonsus electus fuit in Imperatorem vel Regem Romanũ per dissensionem Electorum, qui tamen in Germaniam nũquàm venit, vnde Tabulæ Alphonsinæ.

53. Christianos, Iudæos, & Sarracenos, adhibuit.

54. A punctis videlicet Solstitialibus.

55. Dicitur etiam ille mensis periodicus.

56. Pompilius successor Romuli.

57. Vsitatus erat Sacerdotibus Chaldæorũ in annotatione Annalium, historijs & in Sacris annus menstruus, aliàs in politicis negotijs vsi sunt anno Solari 365. dierum.

58. Scil. trimestres & quadrimestres.

59. Olim Celtiberi dicti quasi Celtæ ad Iberum fluuium habitãtes, qui hodiè ab Hispanis vulgò dicitur Ebron.

60. Acarnanes scribit Macrobius & Solinus vsos esse Semestri annuo spacio.

61. Id est, sex horarum ferè. 62. Genesi 6.

63. Vel quod ipsi primi secundum motum Lunæ anni dispositionem instituebant.

64. Cares in Asia minori, quarum regio Caria dicitur.

65.Epyro vicina & AEtoliæ.

66.In Latio,illa parte Italiæ, quæ postea Latium cœpit appellari,cui præfuit Latinus Fauni filius gener Æneæ.

67.Nam cum Æneas profugus in Italiam cum suis socijs Troianis diuertit, appulit in littore Aboriginum scilicet trans Tybrim ad sinistram Tyberis ripam,vbi nunc est Campania inter Romam & Neapolim,quorum Rex erat Latinus Fauni filius. Cum autem Aborigenes,vt Liuius lib 1.& Halycarnassæus habent, aduentum Troianorum ad sese ægre ferrent, restiterunt Troianis,vnde factum est, vt semel atque iterum cum Troianis præliarentur, vt iam in hac iam in altera parte esset victoria : tandem pactionem inierunt Æneas & Latinus vt pacem vtrimque colerent inter sese, adeoque Æneas duceret in vxorem Lauiniam Regis Aboriginis filiam, quò amisso & Aboriginum & Troianorum nominibus vtrique vno & eodem nomine communiter appellarentur Latini,abs Rege Aboriginum Latino.

68.Donec Luna regrediens à signo Zodiaci,ad illud redeat.

69 Æneas condidit vrbem Lauiniam.

70 Hinc fuit annus Romulus 10.tantum mensium, quorum primus mensis fuit Martius,Ouid.1.Fast.

71.Venus quasi mater generis Romani;quippè mater eius à poëtis creditur Venus.

72.Scilicet Romuli pater, quia Romulus fuit creditus à Marte natus,& Ilia Numidorum Regis filia.

73.Sed Ægyptij neglexerunt illum quadrantem diei, trecentis sexaginta quinque diebus adhærentem, ex quibus nos diem bissextilem calculamus & interponimus Februario.

74.Ouidius & Liuius vno anno mortui sunt,anno .54. post obitum Tiberij & Augusti.

75.Cæsar,qui fuit Tiberij fratris filius,Drusi filius.

76.Cæsar

76.Cæsar Germanicus,cui Ouidius librum Fastorum inscripsit.

77. Et in ratione numerandi cum ad Denarum peruenimus, mox alterum ordinem instituimus.

78.Senatores qui dicebantur patres, vnde P. C.

79.Ductor primipili.

80.Tatius princeps fuit Sabinorum, qui postquam raptæ essent à Romanis Sabinorum coniuges & filiæ; illi vindicaturi ad Romanos profecti, & in foro pugnarunt cum Romulo, vt Romulus etiam vix suos ex fuga reuocare posset, vt & Ioui Statori foueret templum, si populum fugientem sisteret,& tandem pacem constituerunt, vt reciperentur etiã Sabini, vna cum Ductore exercitus Tatio, vt illis traderetur mons Quirinalis in quo habitarent, ita quidem duo Reges regnabant, & in pari societate Romæ Romulus & Tatius. Ouidius, Non benè cum socijs Regna Venusque manent.

81.Constituit anni initium à Cal. Martijs.

82.Scil. Martium, Maium, Quintilem & Octobrem.

83.Macrobius lib. 1. c. 13.

84.Seruius Vergilij interpres.

85.Fuisset inepta intercalandi ratio.

86.Quasi expiatorius dictus fuit Februari⁹: Februare enim apud veteres Romanos est expiare, lustrare, quia solebant expiari animæ mortuorum, per feralia sacra, per dies 11. in fine, quæ fuerunt Epulæ quædam ad monumenta, quamquam apponebantur ijs ad alendas scil. mortuorum animas.

82. Veteres Etrusci fuerunt antiquissimi populi in Italia, Liuius libr. 1. quia omnia intra Alpes fuerunt in potestate Etruscorum, quorum mos fuit, vt vnum eligerent Regem ex duodecim Lucumonibus, quo mortuo, illi 12. ex se alium eligebant: fuerunt ingeniosi, acuti & inuestigatores rerum occultissimarũ in natura, Philosophi, Mathematici,

& valdè ſuperſtitioſi ex varijs generibus diuinationum ab auſpicijs, ex augurijs. id eſt garritu auium, quod quaſi augarium dicitur, Aruſpicina, item Pyromancia, diuinatio ex fulminibus. Necromancia à mortuis, ex inſpectione Victimarum ad Aram, quod ſi vnquam quicquam geſſerunt atrociùs Romani. Hoc certè fuit atrociſſimum quod Etruſcos cum moribus & ſcientijs extirparunt, à quibus tamen omnia ſua didicerant. Erant enim ipſis maximè vicini.

88. Pythagoras eas in extremam oram Italiæ introduxit, quæ magna Græcia dicta fuit olim, nunc autem Calabria.

89. Liuius lib. 1 ab v. c.

90. Inſula quædam Samia; profectus eſt ex Græcia in Ægyptum Pythagoras, & venit ad magos in Perſiam vt vtriuſque philoſophiæ diſciplinas ab illis diſceret quantum quidem apud illos conſequi poſſet. Sic Plato quoque fuit apud Ægyptios ſacerdotes. Græci ſua initia philoſophiæ habent ab orientalibus, ante Muſæum & Linum, fuerunt Græci indocti.

91. Pythagoras 100. annis poſt Numam fuit Pompilium in Italia. wie kans dan Numa Pomp. von ihm her gehabt haben? Ouidius. Mirum tantum Poëtam adeò fuiſſe ignarum Romanæ hiſtoriæ, vt in 15. Metamorph. ipſe tradit, quod exiſtimauit Numam Pompilium habuiſſe præceptores quos ipſe tradiderit ciuibus Romanis.

92. ἐπίκρισισ Liuiana. Sabini nondum habuerunt Græcas ſcholas tunc.

93. Hæ Linianæ rationes ſunt inſtitutæ quaſi aliquis non poſſet venire in Hiſpaniam, qui non poſſet Hiſpanicè.

94. Ernſthaffte leutt ſindt die alte Sabini geweſen, Habuerunt aliquas leges admodum ſeueras.

95. Romulus in lib. 1. multa habet Politica, faſces conſulares, curules à vicinis Etrucis qui Sabinorum territorio erant conti-

gui

gui vt Tybris tantum distinxerit eos: sic etiam multa alia, de ratione conseruandæ vrbis recens conditæ, de religione in loco Pompæij: illa Romulus non ex suo ingenio finxit, sed accersiuit Augures Sabinorum; ab Etruscis illa omnia desumpsit, qui omnium Artium philosophiæ fuerunt peritissimi, & antiquiores omnibus Græcis. Etrusci enim fuerunt à proximis post diluuium temporibus in magna autoritate; tales fuerunt Phænices, Chaldei, Arabes, Ægyptij & Etrusci; Etruscis proximi fuerunt in cultura disciplinarum Sabini, post hos omnes venerunt Romani. Sabini dicti à filio Saturni Prisci, Sabino.

96. Ianum Priscum illum vocant plures scriptores tàm veteres quàm recentiores qui primus in Italiam profugus venisse dicitur, cum pulsus esset regno Scythiæ Albanicæ, supra Armeniam ad mare, quod postea Hircanum & Caspium fuit appellatum; ferunt eum fuisse SattaKam, vel SateKam vt Moyses 10. Gen. eum appellat, & postea Saturnum, qui inter Pontum Euxinum & mare Hircanum seu Cassium proximè post diluuium regnauit. Ninus autem cum non esset contentus, suis Babylonicis regni limitibus, cœpit etiam vicinos in suam cogere potestatem: sic factum fuisse vt etiã Sattagi ille in suam potestatem venerit, & is profugus dicitur venisse in Italiam.

97. Menses scil. qui constabant tantum 50. diebus.

98. Februum quasi expurgatorium, Februare, id est, lustrare.

99. Vt pro diebus 354 propter adiectos 50. dies, ad annum Romuleum, ille adiecit in honorem imparis numeri diem vnũ, vt annum constitueret dierum 355.

100. Sic enim reliqui menses 4. habebant 30. dies.

101. Idus dictus à diuidendo, quod diuideret mensem: à veteri Latina dictione Iduare pro diuidere, vt Varro & Sex. Pomilij

habent.

102. Quidam scribunt, præsertim vt in altera Epistola 1. lib. Familiarium apud Cic. ad Lentulum legimus, A D. XVI. Cal. Martias, vbi non debet legi propositio Ad Sed A D. ad diem: ita dicimus ante diem 7. Calend. Martias, hoc est, 6 Cal. Mar. & sic de aliis.

103. Græci, id est, Athenienses: Nam Bëotij aliam obseruarunt anni rationem: ita etiam Ætoli & Alcarnanes diuersam ab Atheniēsibus rationem habuerunt, vt & Arcades suam quādam peculiarem habuerunt rationem.

104. Scil nostro mensi Maio ferè respondebant.

105 Macrobius lib. 3. de Magistratibus.

106. Manij dicebantur, qui summo manè, ante meridiem, id est. matutino tempore nati fuerant, scribitur nomen Manij sic, M'.

107. Fuit M'. Acilius, Cos. anno ab V. C. 562.

108. 282. anno ab V. C. fuerunt Coss. 38. anno post eiectos Tarquinios.

109. Scil. Ioui, Vulcano, Martj & Quirino, propter Romulum sublatum à Dijs, vel quasi.

110. Intelligit annos Lunares Synodicos.

111. Fehlen etwan. 9. stundt daran.

112. Qui conficiebatur ex 4. quadrantibus vnius diei, ex horis 24.

113. Atq; sic factum est vt intra annos 4. fieret intercalatio 45. dierum. Nam si priori biennio fieret intercalatio 22. & sequenti biennio 23. erunt. 45.

114. Plutarchus in vita Numæ Pompilij.

115. id est, Atheniensium.

116. Sunt 12. menses Lunares Synodici. 354. sed Numa adiecit vnum diem, vt sint 355. in anno Pompiliano.

117. Sed

117. Sed eodem recident si anno secundo fiat intercalatio 22.& sequentibus duobus 23. si Græci intercalabant Octauo quoque anno 90. dies, das ist auch 2. mahl 45. sed tamē diuersa ratione.

118. Diem imparis numeri reuerentiæ & honoris causa additum non 354. sed 355.

119 scil. ex instituto Numæ Pompilii Regis.

120. Romani hatten in 8. Jahren 8. tag zuvill.

121. Haben in 24. Jahren 24 tag ahn den 90. abgebrochen vt fieret illa compensatio, quod octauo anno haberent dies 8. supra Græcos, compensatis 24 diebus pro illis, quamuis octauo quoque anno potuissent derrahere 8. dies, & intercalassent non 90. sed 80 dies.

122. Redemptores. sindt die publicani in Nouo Test. die den zoll bestunden/vnd schindten vnd schabten darnach die leutt wie sie wolten.

123. Nam huius opera fuit vsus C. Cæsar in anni sui correctione, quam cœpit anno ante N. C. 44. completo.

124. Sosigenes Mathematicus, quem in Aegypto Romam Cæsar deduxerat, cuius auxilio vsus est Cæsar postea.

125. Fuit enim ille annus quo Cæsar, cum ex Africa reuersus in Italiam post belli Pompeiani reliquias consumptas, instituit suam correctionem mense Nouembri.

126. Delictum, id est, vitium correctionis.

127. Vbicunq; legitur apud Macrobium & Ciceronem, ad quartum Calendas, ad xvj. Cal. non ante diem xvij Cal. Ianuarias. Ibi enim per negligentiam librariorum factum est vt legerēt Ante diem, cum sit Ad diem, A D.

128. Nam 12. menses Lunares Synodici constituunt 354. sed Numa Pompilius in honorem imparis numeri, addidit etiam vnum.

129. Vt Calen. Ianuarij primi mensis non procul abessent à Solstitio hyberno, id est, ab ingressu Solis in Capicornum.

130. Qui appellabantur intercalares, alter prior, alter posterior.

131. Hic enim fuit ille annus 4 4 4. vel vt alij 4 4 5. dierum.

132. Etiamsi Cæsar nullam instituisset emendationem anni tamen consuetudine iam fuit receptum, vt mensis intercalaretur.

133. Sed si legamus 444. non errauit Solinus hac in parte, si sit vitium Librariorum.

134. Intercidisse, ab inter & cædo, alij legunt intercalasse.

135. Adhuc habemus in nostro Calendario 7. menses dierum tricenorum.

136. Scilicet Triumphauit Antonius, in quem scriptæ sunt orationes Ciceronis.

137. Augustus detraxit Februario vnum diem, vigesimum, addidit eum Sextili, Augusto, vt haberet parem numerum cũ Quintili, 31.

138. Scil. quo nullus dies intercalatur.

139. Quia bis scribebatur VI. Calendas Martias, propter insertum illum diem intercalarem, propterea dicebatur ille dies bissextus & bissextilis annus.

140. Nam intet dies 3 6. intercalarunt dies duodecim, cũ nouem tantum intercalare debuissent: In emendatione Cæsaris litera A, erat prima Ianuarij, quæ tamen erat dies secundum nostras ferias, dies Sabbati: Nam quaternarius numerus in 36. nouies tantum habetur, non duodecies.

141. Illa

141. Illa correctio anni cœpit Anno 4 5. ante N. C. 142. Quidam enim, hac de re multum laborant, qui tamen ipsi nondum conueniunt: Gerhardus Mercaror, Gyraldus, &c.





| *Numerus & appellatio Dierum.* | *Anni ante Christum natum* | *Anni ab urbe condita,* |
|---|---|---|
| 1. Cal. Ian | | |

# IANVARIVS dies habet XXXI.

Tutela Iunonis.[1]

1. Nam tutela Ianuarij à veteribus aſcribebatur Iunoni, Hæc enim eſt tutela huius menſis.

IANO annum auſpicanti & cui omne deberi initium credebatur, ſacrum faciebant Romani, Ouid. lib. 1. Faſt.

Iunoni Calendarum cuiuſq; menſis præſidi, eaque de cauſa Calendari à Laurentibus appellatæ, [2] ſacrorum Regis vxor [3] Porcam vel Agnam in regia [4] immolabant, [5] eidemque [6] Pontifex minor in curia [7] Calabra rem diuinam facere ſolebat. Macrob. Hinc ait Ouid. lib. 1. Faſt.

*Vendicat Auſonias Iunonis cura Kalendas.*

2. Nam ideo Calendariis vocabatur, quia omnium Calendarū Præſidium Iunoni aſcribebatur: Erat igitur tanquam Epitheton Iunonis.

3. Is dicebatur Regis vxor, qui poſt exactos Reges Tarquinios tantum nomē Regis ſacerdotum habebat, nimirum vt ille, licet Regis nomē maximè erat

| Numerus & appellatio Dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. |
|---|---|---|
| 1. Cal. Ian | | |

exosum apud Rom. tantum repræsentaret vacuum nomen Regis, ideoque constituebatur Rex sacrificus, qui nullam aliam habebat authoritatem quam in rebus sacris administrandis: hic Regis personam qualitercunq; repræsentabat, nulla tamen eius in Rep. erat auctoritas, sed tantum hoc festo Iunonis, ille Rex habebat vxorem quæ dicebatur Flaminica, quæ interdum aliquid factionis in rebus sacris quæ ad sexum muliebrem pertinebant, habebat.

4. Palatio.

5. Immolare hostiam impropriè dictum est. Nā apud veteres dicebatur immolatio & immolare longè aliud quā oblatio & mactatio alicuius victimæ per ignē: sed veteres Etrusci priusq̄ mactationes bestiarū introducerentur, tantūmodo sacrificare mola, q̄ erat ex farre cōtrito, tritico seu quocūq; genere frugis, vino & sale. Hinc igitur dictū est, immolare, immolatio, **von mehl/wein vnd saltz ein ding gemacht/ vnnd denselben teyg verbrandt/ das ist** immolatio, immolare. Immolatio enim à mola tantum dicitur.

6. Scil. Iunoni.

7. Tribus & Curia differunt, curia ex vniuersa ciuilitate collecta erat, Tribus vero

| Numerus & appellatio Deorum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. |
| --- | --- | --- |
| bCal. Ian | | |

vero ex aliquo certo loco. Fuerunt autem plures Curiæ in Rom. foro, quæ se habebant, vt apud nos Tribus, vbi ad eandem curiam erant conscripti ciues diuersissimæ regionis vrbis, in qua curia conueniebant ad peragẽdas res sacras. Deinde Tribus sese habebant quemadmodum apud nos Parochiæ, vbi ex certa quadam vrbis parte quidã non omnes ciues conueniebãt ad eandem tribum seu parochiam. Licet vero Tribus habebãt sese tũ apud Rom. quemadmodum apud nos Parochiæ, tamen non agebantur in Tribubus ciuilia, quæ hodiè apud nos in nostris Tribubus peraguntur: sed nihilominus qui suam tribum habebant, habebant suam curiam in qua peragebant sacra.

Primum hunc incipientis anni diem, alter alteri salutationibus lætis & iucundis, faustum atque felicem ominabantur: 8 quandoquidem eas, 9 talẽ deinceps annum portendere existima bant. Ouid, Plin. 8. vt nos. 9. scil salutationes.

Delibabat vnusquisque artem suam aut assuetum opus non lucri, sed auspicij gratia, 10 Ouid. lib 1 Fast.

*Quisq; suas artes, ob idem 11 delibat agendo,*
*Nec plus quam solitũ testificatur opus.* 12

| *Numerus & appellatio dierum.* | *Anni ante N.C.* | *Anni ab V.C.* |
| --- | --- | --- |
| 1. *Cal.Ian* | | |

10. Solebāt Romani hoc die suum opus quod quisque per eum annum exercere solebat, & quilibet suum officium inchoare, non lucri causa, sed auspicij gratia: sicút & nostri quidam adhuc adeò sūt superstitiosi. Ey das ist mir auff den Newen Jarstag begegnet/ich würdt das gantz Jar kein glück haben. Ea ratione putabāt cuiuslibet opus eò feliciùs successurum.

11. Scil. ob eandem causam, vt totus annus deinde eò felicior illis esset.

12. Wie ers nun angriff so ists schon genug gewesen.

Amici alij alijs mella, palmas,[13] caricas,[14] aut similes fructus dulciores in omen suauitatis totius anni largiebantur, [15] Ouidius, Martial. Papinius, Statius. [16]

13. Palmas, id ést, Dactylos, sunt fructus Palmarum.

14. Caricæ sunt genus ficuum, gedörrte Feigen.

15. Sic in multis Germaniæ regionibus passim hodiè in vsu est, vt mellitas placentas pueris demus.

16. Qui etiam faciunt mentionem horum munusculorum, mellitorū, quæ pueris solebāt exhiberi pro felici auspicio sequentis anni.

Eodem modo & stipem primo anni die donare mos erat, [17] Ouid. lib. 1. Fast. Sueton

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N. C. | Anni ab V.C. |
|---|---|---|
| 1. Cal, Ian. | C.X C, II | D. LIX. |
| | CCLXXXVIII. | C.D.LXIII vel circiter. |
| | c. xcxiiij. | DLIII. |
| | cxciiij. | DLVII. |

Sueton. in Caligula.

17. Quod adhuc hodie fieri solet, vt aliquis deposcat aliquid ab amico & cognato, gib mir etwas zum Neuwen Jahr.

Æsculapio Templum [18] in insula Tyberina sacratum. Ouid.

18. Visitur adhuc hodiè, sed dicitur Cosmi, & Damiani fratrum, Dise sind Eben patroni Medicorum wie Æsculapius, nomina non res mutatæ sunt, Es bleibt doch abgötterey.

Ioui in eadem insula Templum à Caio Seruilio Duumuiro dedicatum, [19] id verò sex ante annis P. Sulpitio, Serui F. Publij N. Galba, Maximo II.[20] C. Aurelio C. F. C. N. Cotta, [21] Coss. [22] L. Furius Spurij F. & Sp.[23] N. Purpureo [24] prætor Bello Gallico fouerat, quartoque post anno Cõsul factus locarat, [25] Liuius, Ouid. [26]

*Sacrauêre patres, hac duo templa die.* [27]

19. Hodiè etiam adhuc in insula Tyberina hæc duo Templa videntur D. Bartolomæi, olim erat Iouis. das ist paulo post finem belli 2. Punici geschehen/nemlichen die dedicatio.

20. Iterum.

21. Das ist cognomen gewesen.

22. Consulibus.

23. Dicebantur Spurij apud Rom. qui

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. |
|---|---|---|
| 1.Cal.Ian | | |

10. Solebāt Romani hoc die suum opus quod quisque per eum annum exercere solebat,& quilibet suum officium inchoare,non lucri causa, sed auspicij gratia: sicút & nostri quidam adhuc adeò süt superstitiosi. **Ey das ist mir auff den Newen Jarstag begegnet/ich würdt das gantz Jar kein glück haben.** Ea ratione putabāt cuiuslibet opus eò feliciùs successurum.

11. Scil. ob eandem causam, vt totus annus deinde eò felicior illis esset.

12. **Wie ers nun angriff so ists schon genug gewesen.**

Amici alij alijs mella,palmas,[13] caricas,[14] aut similes fructus dulciores in omen suauitatis totius anni largiebantur, [15] Ouidius,Martial.Papinius, Statius. [16]

13. Palmas,id est, Dactylos, sunt fructus Palmarum.

14. Caricæ sunt genus ficuum, **gedörtte Feigen.**

15. Sic in multis Germaniæ regionibus passim hodiè in vsu est, vt mellitas placentas pueris demus.

16. Qui etiam faciunt mentionem horum munusculorum, mellitorū, quæ pueris solebāt exhiberi pro felici auspicio sequentis anni.

Eodem modo & stipem primo anni die donare mos erat, [17] Ouid.lib.1.Fast, Sueton

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. |
|---|---|---|
| 1. Cal, Ian. | C.XC.II | D.LIX |
| | CCLXXXVIII. | C.D.L.XIII vel circiter. |
| | | DLIII. |
| | c. xcxiij. sxciij. | DLVII. |

Sueton. in Caligula.

17. Quod adhuc hodie fieri solet, vt aliquis deposcat aliquid ab amico & cognato, gib mir etwas zum Neuwen Jahr.

Æsculapio Templum [18] in insula Tyberina sacratum. Ouid.

18. Visitur adhuc hodiè, sed dicitur Cosmi, & Damiani fratrum, Dise sind Eben patroni Medicorum wie Æsculapius, nomina non res mutatæ sunt, Es bleibt doch abgötterey.

Ioui in eadem insula Templum à Caio Seruilio Duumuiro dedicatum, [19] id verò sex ante annis P. Sulpitio, Serui F. Publij N. Galba, Maximo II.[20] C. Aurelio C. F. C. N. Cotta, [21] Coss. [22] L. Furius Spurij F. & Sp.[23] N. Purpureo [24] prætor Bello Gallico fouerat, quartoque post anno Cōsul factus locarat, [25] Liuius, Ouid. [26]

*Sacrauère patres, hac duo templa die.* [27]

19. Hodiè etiam adhuc in insula Tyberina hæc duo Templa videntur D. Bartolomæi, olim erat Iouis. das ist paulo post finem belli 2. Punici geschehen/nemlichen die dedicatio.

20. Iterum.

21. Das ist cognomen gewesen.

22. Consulibus.

23. Dicebantur Spurij apud Rom. qui

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. |
|---|---|---|
| 1.Cal.Ian | | |

incerto patre nati essent: sed fuit tamē etiā prænomen in quibusdam familijs illustribus & nobilissimis, sed forsan ex occasione, q̄illorum maiores incertis parentibus fuerint prognati, es muß et wan alſo ein anfang gehabt haben, Sic etiam hodie quidam nobilis, die Schel men von Bergē genant/ quæ nobilis & laudata est familia: quos huius nominis non pudet, quod à maioribus in se istud nomen propagatum est; ita hoc loco etsi Romani non fuerint Spurij, tamen maiorum occasio præbuit causam huic nomini.

24. Cognomen familiæ Spuriorum.

25. Votum fecerat, si hoc bellum feliciter successerit quod suscepit, se ædificaturum Ioui templum, das ist die Kirch die ietzt in insula Tyberina noch zu S. Bartolomæ Heißt: Illa insula Tyberina non est magna, sed iuncta est duobus pontibus vrbi: Ettwan so größ als der Roßmarck z,zu Straßburg.

26. Qui eodem anno, videlicet 5. anno Tyberij obierunt.

27. Scilicet Templum Æsculapij & templum Iouis in insula Tyberina, alterum Cosmi & Damiani, alterum D. Bartolomæi hodie.

Dies

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | CLI. | DC | Dies ineundo magistratui consulari solennis factus. [28] Q. Fuluio, M.F. M.N. Nobiliore T. Annio, T.F. Lusco Coss. Cum ante ab annis 69. scil. à M. |
| 1. Cal. Ian. | CCXX. | DXXXI. | Claudio, M.F.N. Marcello Cn. Cornelio, L.F.L.N Scipione Caluo Coss. Idus Martiæ fuissent obseruatæ. [29] |
| | | | 28. Non semper retinuerunt idem initium diei pro ineundo Magistratu nouo, aliàs Idus Martij, aliàs alter, sed tamen hoc tempore Cal. Ian. cæperunt noui Magistratus. |
| | | | 29. Cassiodorus lib. Epitome 47. Historiæ Liuianæ, annum ab vrbe condita 597. tradit. |
| | CII. | DCLIX | C. Marius, [30] C.F. Cos. II. de Numidis & Iugurtha [31] Rege Triumphauit, & eundem vnà cum filiis duobus in Triumpho duxit. [32] Salustius. |
| | | | 30. Qui miserè afflixit statum totius Imperij & pop. Rom. |
| | | | 31. Apud Salustium de hoc videatur. |
| | | | 32. Cicero ist eben 2 Jhar alt gewesen. |
| 2. IV. Non. 3. III. | CIIII. | DCXLVII. | Marcus Tullius M.F. M.N. Cicero: Q. Seruilio Q.F. Cn.N. Cæpione: Q. Atrilio Serrano Coss. natus est, prout ipsemet testatur in Epistolis ad Atticum: Item A. Gellius, Plutarchus eundem natalem Ciceronis his exprimit verbis, τρίτη ἡμέρα τῶν νέων καλανδῶν |

| Numerus & appellatio Dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | | | Quod certè à quibuſdam auctoris interpretibus ad III. Cal. Ianuar. non benè relatum eſt. Latius Florentinus, quē ſecundo imitatus eſt Cardanus, [33] |
| 1. Cal. Ian. | | | 33. Qui natiuitatem Ciceronis erigens eandem diem ſumpſit, ideoque vitioſum Schema cœli fecit, ipſo Cicerone teſte. |
| 4. Prid. | ccccvij. | DCCIV. | M. Tullius Cicero quod in Cilicia geſſerat imperio, [34] iam ante menſes quinque terminato ad vrbem rediit, ac magnificè admodum à ciuibus obuiam prodeuntibus exceptus, quemadmodum ipſe ſcribit in Epiſtola quadam ad Tironem. [35] |
| | | | 34. De quo contra Prædones commiſſo ſibi Imperio, quomodo Cicero eos debellarit, ipſe in Famil. Epiſt. narrat. |
| | | | 35. Eo ipſo anno quo exortum eſt bellum ciuile inter Cæſarem & Pompeium. |
| 5. Non. Ianuar. | cclxxv. | cdlxxvi. | C. Iunius C.F.C.N. Brutus Bubulcus Coſſ. II. de Lucanis & Brutijs Triumphauit. [36] |
| | | | 36. Huius Triumphi hæc fuit ratio, cum ex Italia Pyrrhus profectus eſt, Tarētinorum vindicta reiecta in aliud tempus P. Cornelij Rufini auſpicio Samnium inuaſerunt. |
| 6. 8. Idus Ian. | | | Senatuſconſultum in C. Cæſarem perſcriptum darent operam Coſſ. Prætores |
| 7. 7. idus. | | | |

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. |
|---|---|---|
| 1. Cal. Ian | | |
| | XLVI. | DCCIV. |

res, Tribuni plebis quique ad vrbem Consulares essent, ne quid Respub. detrimenti caperet: 37 quo quidem decreto, veluti classico, ciuilis belli incendiũ, vniuersas Ro. Imp. vires affligere cœpit: L. Cornelio P. F. Lẽtulo C. Claudio M. F. M N. Marcello, Coss. 38

37. Ita in sententiam Q. Cæcilij Metelli Scipionis factum est hoc decretum, contra Cæsarem. vt qui tunc erat ad Rauennam, dimitteret exercitum si ex Gallia rediret, & hoc quidem initium erat belli ciuilis.

38. Cæsar lib. 1. comment. de bello ciuili. Hic C. Claudius fuit frater M. Marcelli pro quo extat oratio ad C. Cæsarem, qui reuersurus Romam. à P. Magio Chilote in Piræo interfectus, Cicero Epist. famil. lib. 4. vel 5. Nam Cæsar circa Rauennam hærebat & scribebat ad vrbem, vt sui absentis haberetur ratio, quia Reipub. causa abesset in Gallijs: dum vero Pompeius & alij ex nobilioribus, C. Marcellus Lẽtulus, Metell' P. Afrani', M. Terẽt. Varro (nõ ille Grammaticus) M. Porcius Cato, & reliqui senatores Cæsari obstarẽt, & eum negligendum esse: ibi tandem cũ Cæsar intelligeret rem eò deuenisse vt tale decretum in eum fieret, traducto exercitu Trans Rubiconem fluuium,

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | | | iacta est alea dixit, Nun ists gewagt/ vnd das ist die vrsach gewesen belli ciuilis. |
| 8.VI. | | | Iani sacrificium in veteri quodam Calendario annotatum reperitur, cum tamen ad sequentem proximè diem potius referri debere videatur. |
| 9.V. | | | Agonalia 39 Iani sacra, à Numa Pompilio primum instituta, Valerius Ancias apud Macrobium, vnde & Ouidius ait, *Quatuor adde dies, dictis ex ordine Nonis, Ianus Agonali 40 duce piandus erit.* 39. Quæ in foro Agonis ita exerceri solebant. 40. Alij dixerunt Agonalia ab Agendo, quod victimæ à ministro agerentur ad aram vbi mactanda erat victima: id videtur sentire Sextus Pompeius, quod pecudes ad aram nō sponte venirent, sed à ministro eò agerentur: alij quasi Agnalia quod Agnus mactari debebat in illo sacrificio quod Iano in honorē fiebat. |
| 10.IIII | | | |
| 11.III. | | | Carmentalia, Carmentæ 41 matris Euandri sacra: Ouid. *Proxima prospiciet Tithono aurora relicto, Arcadiæ sacrum pontificale DEAE.* 42 41. Euander 60. circiter anno ante bellum Troianum ex Arcadia profugus venit in Italiam cum matre Carmenta |

| Numerus & appellatio Dierum. | Anni ante.N.C, | Anni ab V.C. |
|---|---|---|
| 12. Prid. | | |
| 13. Idus. | | |

ta vel Nicostrata quam ferunt attulisse literas latinas, quibus Aborigenes primum vsi sunt.

42. Ideò dicta quia Nicostrata illa mater Euandri erat vatidica, item Carmenta dicta, quia reddebat etiam oracula, & propter illa vatidica carmina, dicta fuit Carmenta, quæ antea dicta fuit Nicostrata: dicta etiam ειμαρμένη quasi fatum in manibus suis haberet: & sic coluerunt eam quoque.

Iuturnæ ædes 43 in Campo Martio 44 ad aquam virginis dicatæ 45 Ouid.

*Te quoq; lux eadem Turni soror æde recepit,*
*Hic vbi virginea campus obitur aqua.*

43. Fuit Nympha Turni Rutulorum Regis soror, cuius fit mentio apud Virgil.

44. Liuius ab initio libr. 2. explicat viam vel campum Martium.

45. Hæc aqua etiam hodiè Romæ visitur ante portam, quæ dicitur porta *del populo*, olim aliter appellabatur.

Ioui magno vt pote qui omnium totius anni mensium Idibus præesse credebatur, flamen Dialis agnam grandiorem pinguem & quam Seminarem appellare liceret, siue vt alijs placet feruecem in æde Capitolina immolabat, Ouid.

*Idibus alba Ioui grandior agna cadit.*

| Nomina & officia Dignitatum. | Anni ante Christum. | Anni ab urbe condita, |
| --- | --- | --- |
| | CCCXXXVII | CDXIV. |
| | CCXCI. | CDLX. |
| | lxxxiiij | dclxvij. |

Idem

*Idibus in magni captus Iouis ade ſacerdos*
*Semimaris* [46] *flammis viſcera libat ouis:*

46. Videtur hoc feſtũ ad omnium menſium Idus referri poſſe. Q. Publicius Q.F.Q.N. Philo Coſ. de Latinis triumphauit.

Sp. Caruilius C F. C. N. Maximus, de Samnitibus triumphauit.

C. Marius. [47] C.F. C.N. Coſ primus qui ad ſeptimum conſulatum Romæ peruenerat [48] cum ipſe ac L. Cornelius L.F.L.N. Cinna III. conſul nullis habitis comitiis, [49] vti Apianus tradit, Coſſ. in hunc annum ſeſe renunciaſſent, ac Marius eodem die, quo magiſtratum inierat Sex Licinium Senatorem de Saxo Tarpeio [50] deijci iuſſiſſet, plurimaſq; in hoc paucorum dierum honore cædes ac ſcelera in vrbe paſſim edidiſſet, Pleuritide & phreneſi, vt nonnulli tradidêre, confectus. Septuagenario aliquanto maior interijt. [51]

47. Poſt Triumphum Spurij Caruilij.

48. Ante hunc nemo vnquam ſepties conſulatum adierat.

49. Nam alias in comitiis Rom. ſolebãt decerni Cõſules in annum futurum.

50. Saxum Tarpeium, quod hodiè extat

| Numerus & appelatio Dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | | | in colle Capitolino quà spectat in forum Romanum Romæ. |
| | | | 51. Legatur Epitome 50. libri historiæ Liuianæ, quæ L. Floro ascribitur, sed incertum est an eius sit. Plutarchus in vita Martij 17. diem consulatus Marij habet. |
| 14. XIX. Cal. 15. XVIII. Cal. Feb. | | | Carmentalia relata, [52] itidē vt illa priora in honorem Carmentæ matris Euandri instituta sacra, quæ pro pueris & puellis, videlicet vt feliciter nascerentur à Matronis fieri solebant: [53] neque tum aliquid scorteum aut morticinum, [54] sacello carmentis inferre licebat. Ouid 1. Fast. |
| | | | *Respiciet Titan actas*[55] *ubi tertius Idus* |
| | | | *Fient Parrhasia*[56] *sacra relata DEAE.* |
| | | | Attamen ex his versibus Carmentalia relata, sequenti proximē diei potius ascribenda esse colligi forsan possit, licet ab alijs recedere nolim. |
| | | | 52. scil: sacra in honorem Carmētæ, quæ alio nomine dicta fuit Nicostrata Euādri mater, sed quia vatidica erat, dicta fuit Carmenta à Carminibus, vt Sex: Pompeius Festus, seu Carmentes. Relata dicuntur quia iam ante ad 3. Idus Carmentalia in honorem Carmentanæ matris Euandri solebant exerceri: sed cum reperebantur illa sacra, sic ab Ouid: lib: 1. Fast: dicuntur. |

| Numerus Anni an-& appel-latio dierum, | Anni ab et N.C. | V.C. |
|---|---|---|
| 15. XVIII. Cal. Febr. | | |

53. Nam Matronæ, præsertim grauidæ, aut partui vicinæ solebāt Carmētæ sacrificium offerre pro Fœtu vt fœlicius nascerentur, & minori cum periculo: hæc fuit matronarum superstitio in illis sacris.

54. Dicebatur Morticinum, quod non mactarunt, sed ex imbecillitate suæ naturæ mortuum esset, cuiuscunq; generis animal esset, **was für sich selbs gestorben war.** Scortea dicebantur pelles animalibus per se mortuis detractæ.

55. Actas, id est post exactas postquam trāsierint Idus Ianuarij. Et Tertius Titan, id est Tertius Sol ortus fuerit: sed tamen quoniam in veteri quodā Calendario Romano, cuius fragmenta extant, inscribitur 15. Ianuarij non inde recedendum: **am dritten tag nach den** Idibus, sæpè apud Ouidium intelligendum est inclusiuè.

56. Parrhasia quia ex Arcadia vna cum filio profuga venerat in Italiam ob occisum fratrem fortuito casu.

Porrhyma & Postverta, siue illæ sorores, siue Carmentæ profugæ vti Ouid. ait. Comites fuerint, Carmētes & ipsæ appellatæ, sacris quibusdam ritibus eodem die [57] placabantur.

57. Ita factum est cū tertio die ante Idus fieret sacrum Carmētæ, & tertio die

post

| Numerus & appellatio Dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | | | post Idus ist den zweyten tag darnach: licet Ouidius dicat post exactas, tamē inclusiuè sunt numerandi consimiliter sacra iterata fuerunt eidem D E Æ, inter quæ sacra facta mētio Porrhymæ & Postuertæ. Ouid. |
| 16. XVII. Cal. Feb. | ccclxvI. | CCCLXXXV. | Concordiæ Templum quod M. Furius Camillus Dict. jv. in seditione ciuili, cum populus anniteretur [58] vt alter è Coss. popularis eligeretur, pio sedandæ controuersiæ illius studio fouerat, solenni ritu dedicatum, Ouid. |
| | ccclxv. | ccclxxxvi. | *Cādida Te, niueo posuit lux proxima*[59] *Tēplo,* <br> *Qua fert sublimes*[60] *alta moneta grad⁹.* [61] |

58. Volebat enim populus Rom. vt è duobus Coss. semper vnus ex plebe eligeretur, & seditionē mouerūt, sed frustra.
59. scil: post Carmentalia relata.
60. Cuius lapides adhuc erant recentes.
61. Sunt enim multi gradus per quos ascenditur ad montem Capitolinum ex foro Rom. in illo loco est sacellū quoddam quod olim carcer Petri dictum est. de quo Salustius. Est locus in carcere quod Tullianum appellatur: iam sacellum Petri.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 17. XVI. Cal. Feb. | | | C. Marij obitum ad hunc diem refert Plutarchus [62] dum inquit, ἀποθνήσκει δ' οὖν ὁ μάριος ἡμέρας ἑπτακαίδεκα τῆς ὑπατείας ἐπιλαβών. [63] |

62. Et non ad Idus.

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | | | 63. Decimo septimo die sui consulatus, |
| | CCLV. | cdxcvi. | A. Attilius A.F.C.N. Talatinus Pr. ex Sicilia de Pœnis triumphauit. [64] |
| 18. XV.<br>19. XIV. | | | 64. Vt tabulæ Capitolinæ referunt, quas illustrauit Carolus Sigonius Bergemẽsis, Benedictus, Egius Romanus & Gabriel Vaërnus, sed illius explicationes non sunt æditæ. |
| 20. XIII. | CCLII. | cdxciX. | Ser. Fuluius M.F.C.N. Pædinus nobilior Procoss. de Cossurensibus Insularibus in mari Africo, ac Pœnis naualem egit Triumphum. |
| 21. XII. | | | M. Æmilius M.F.M.N. Paulus Procoss. de Cossurensibus & Pœnis naualem egit Triumphum. [65] |
| 22 XI. | CCLII. | cdxcix. | 65. Eodem anno hi duo Procoss. egerũt Triumphum, quia vterque præcedenti anno fuerat consul. |
| 23 X.<br>24 IX.<br>25. VIII | | | |
| 26 VII. | CCLXV. | cdlxxxvi | M. Attilius M F L.N. Regulus, & Lucius Iulius L.F.L.N. Libo, Coss. de Salentinis Triumpharunt. |
| 27 VI.<br>Cal. Feb | cdcxiv. | cclvij. | Castori & Polluci fratribus Templum ad Iuturnæ [66] stagnum consecratum, Ouidius.<br>*Ad quæ venturas præcedit sexta calendas,*<br>*Hac sunt Ledæis templa dicata Deis.* |
| 28 V. | | | 66. Lactantius Miturnæ libr. 2. Instit. Christ. c 8. |
| 29 IV. | CVI. | DCLV. | L. Cornelius L F. L.N. Dolabella Procoss. ex Hispania vlteriori de Lusitanis triumphauit. |
| | | | Equiria in Campo Martio, [67] vt quidã vetus |

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | | | vetus habet calendarium, ſed nihilominus à Varrone Ouidio & Feſto ad 3. cal. Martias ea referri arbitror. |
| | | | 67. Platea quædam & area quæ hodiè viſitur, als wie der Thomas blatz oder der Roßmarck zu Straßburg groß. |
| 30 III. | | | Paci Sacrum: vetus calendarium. Ouid. *Hæc erit à menſis fine ſecunda dies.* |
| 31 Prid. Cal. | | | Dijs penatib⁹ qui & magni, patrij & vrbani dicebantur, ſacra fiebant vetus calẽ. Macrob. lib. 3 Saturnal. |
| | L. | DCCI. | T. Annius Milo Lanuuium oppidum, cuius oppidi dictator erat, Roma proficiſcens P. Clodium inimicum ſuum vt qui ſuorum aduerſariorum petitionem apertè contra ſe adiuuaret, ſibi occurrentem, interficit in itinere: cadauer Claudij (Clodij) Romam relatũ in curia à Sexto Clodio Scriba crématum eſt, quo incendio & ipſa curia cõflagrauit. |
| | | | Hoc mẽſe celebrabantur etiam feriæ Sementinæ, non tamen ſtatæ, ſed conceptiuæ, quibus Ceres & Tellus, placabã tur: Varro, Feſtus, Macrobius, item Ouidius. |
| | | | *Ter quater euoluit ſegnaces tempora faſtos.*<br>*Nec Sementina eſt vlla reperta dies.*<br>*Cũ mihi, ſenſit enim, lux hæc indicitur, inquit*<br>*Muſa, quid à Faſtis non ſtata ſacra petis?* |

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. |
|---|---|---|
| 1. Cal. Feb | | |

# FEBRVARIVS dies habet 28.

Tutela Neptuni.

Iunoni Calendarum Præsidi, Ouid. Macrob.

Iunoni Sospitæ, hoc est, Seruatrici [1] Templum in palatio. [2] ad ædem Matris Deum, [3] Cybelæ scilicet primò consecratum,[4] Ouid lib.2. Fast.

*Principio mensis Phrysiæ contermina matri Sospita, [5] delubris dicitur aucta nouis.*

1. Nos dicimus secundum Priscianum, Sospitem Seruatorem & Sospitā Seruatricem, quod Priscianus ex Ouidio annotauit & probauit.
2. In colle Palatino.
3. Hoc est Cybelæ Diuæ, quæ colebatur in Pessinuntæ Phrygiæ oppido: huius effigiem P. Scipio Nasica Romam detulit: & cum illa DEA aduerso Tyberi ostia naui veheretur, fuit certis quibusdam ritibus excepta; actum fuit in collegio virginum Vestalium Claudia, quæ, stupri arguebatur: Ideoq; vt suam illa innocentiam testificaretur, implorato prius patrocinio Cybelæ magnæ DEÆ, hausit aquam cribro, quæ tanquam solida in cribro cōsisteret, ac sic innocentiam suam testificata est, & proba-

| *Numerus & appellatio Dierum.* | *Anni ante natum Christum* | *Anni ab vrbe condita,* |
|---|---|---|
| | CCCLXXXVIII. | CCↃLXIII. |

probauit DEA mater.

4. Annum quo hæc dedicatio Templi facta fuit, non potui reperire.

5. Sospita id est Iuno. Videatur etiam huc Cicer. lib. 1. de Nat. Deor.

Lucaria festa in luco celebrabantur, qui per magnus inter viam Salariam [6] & Tyberim fuit: pro eo, quod victi à Gallis [7] Romani, [8] ad Aliā flumen, fugientes è prælio in illo sese [9] occultarint. Sextus Pompeius, Ouidius Lib. 2. Fast.

*Tum quoq; vicini lucus celebratur Auerni,* [10]
*Qua petit æquoreas aduena Tybris aquas.*

6. Quia Sal per illam viam adferebatur Romam, die Saltzstraß.

7. Senonibus scil.

8. Clade Alliensi.

9. Scil: luco.

10. Quo loco nonnulli lucum Asyli, pro lucu Auerni, potius legendum esse putant. Nam Auernus Lacus est in Campania non procul à Neapoli in vicinia Baiarum thermæ per vniuersam Italiam celebris quem referunt adeo esse venenatum, vt transuolantes auicolæ enecentur ex halationibus istius lacus. Sunt quidam qui quando eo veniunt, proijciūt Canem in lacum, qui statim in lacu mori incipit, sed si proijciatur in alium lacū æquæ purioris reuiuiscit,

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. |
|---|---|---|
| 6.Cal.Fe. | | |

non procul ab Auerno. Talis est palus potiùs quædam in Hungaria, quam lacus sæpè circundata, ne quis homo aut aliquod pecus propius accedere possit, ad illam paludem si quis propius accedat, scribit quidam, eum statim enecari halitu & exhalatione venenosa: & vt fieret experimentum huius rei, aliquãdo quidam cum ducendus erat ad supplicium, eò dimissus est, cum spe restitutionis vitæ promissæ: cum verò ille propius accessisset, dixit Zschach, hoc est, horrendum, grewlich, & statim extinctus est.

Vestæ[11] sacrificium, Ouid. 2. Fasto.

11. Erat DEA quam colebant Rom. sub ignis perpetua specie, præsertim virgines nobiles, & si qua ex illis depræhendebatur stuprata, transfodiebatur certis quibusdam ritibus in campo qui dicebatur Sceleratus, vbi hodie sunt reliquiæ hortorum Salustianorum. Extat adhuc templum Vestæ non procul à foro Rom. quo loco iam etiam templum rotundum antiquitatem referens, in quo sunt istæ, (vocatur templum D. Stephani) non procul ab stagno Iuturnæ, in quo abluerunt equos. Castor & Pollux.

Ioui Capitolino,[12] tonanti bidens, id est Biennis victima, vt A. Gellio placet in,

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| 1. Cal. Fe | | | in arce mactabatur, [13] Ouid.<br>*At penetrale Numae [14] Capitolinũq; tonantem*<br>*Inq; Iouis [15] summa ceditur arce bidens.*<br>12. Plures fuerunt Ioues apud Rom. vt hodiè infinitus est numer⁹ Mariarum.<br>13. scil, Tarpeia, quae erat iuxta Templum Iouis Capitolini.<br>14. Nam ibi habitauit Numa Pompilius.<br>15. Ille Iupiter non fuit Iupiter qui aliàs dicitur optimus Maximus. |
| | cccxliv, | CDVII. | M. Valerius M.F.M.N. Corus, consul II. de Antiatibus Volscis, [16] Satricanisque [17] Triumphauit. [18]<br>16. Antia fuit oppidum maritimum in Volscis situm.<br>17. Vicinis.<br>18. Ancium appellatur cuius rudera adhuc hodie visuntur alio nomine Neptunò vel Asturo. |
| | cclxviij. | cdlxxiij. | Tiberius Coruncanus Tib.F.Ti.N. Cos. de Vulsiniensibus & Vultiensibus [19] triumphauit. Tab. Capitol.<br>19. Vultienses fuerunt qui in Etruria nō procul à Viterbo 2. miliarijs distant. |
| | cclxiv. | cdlxxxaij | Numerius Fabius C.F.M.N. Pictor, cos. de Sallentinis, [20] Messapijsque triumphauit. [21]<br>20. Salentini in extrema ora Italiae inter Iapiges non procul ab Oddronto, olim Hydrus appellabatur.<br>21. Pictorum nomen illis datum fuit à |

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | | | Q. quodam Fabio, quia templum quoddam suis manibns Deo aut Deæ ornauerat, tandem eius posteri cognomento Pistoris appellati sunt. |
| 1. Cal. Feb | | | Q.F.Q.F.Q.N. Maximus Ferrucossus,[22] de Liguribus triumphauit. |
| | | | 22. A Ferruca, in veteribus legimus per SS. geminum, vt Imperiossus secundum antiquitatem L. Æmilius M: F. |
| | CLXXXI | DLXIV. | Regillus Proprætor de Rege Antiocho naualem egit triumphum.[23] |
| 2 IV. | | | |
| 3 III. | | | 23. Liuius, Apian. Alex. in Syriacis |
| 4 Prid. | | | |
| 5 Non. | cclXIV. | cdxxcvij. | Decius Iunius D.F.D.N. Pera Cos. de Salentinis, Messapijsque triumphauit. |
| 6 viij. Id. | | | |
| 7 VII. | | | |
| 8 VI. | | | |
| 9 V. | | | |
| 10 IV. | | | |
| 11 III. | | | |
| 12 Prid. | | | |
| 13 Idus. | | | Ioui Iduum Præsidi.[24] Ouid. |
| | | | 24. Nam singulis Idibus cuiusque mensis sacrum fiebat Ioui Iduum præsidi, |
| | | | Fauno[25] in Insula Tyberina[26] sacrum fiebat, Ouid. 2. Fast. |
| | | | *Idibus agrestis fumant altaria Fauni*[27] *Hic vbi discretas Insula rūpit aquas.*[28] |
| | | | 25. Pater Latini, Regis Aborigenum. |
| | | | 26. In illa Insula cuius fit mentio in 2. lib. Liuij ab V.C. & apud Dionys. Halicarnass. sunt illa templa Æsculapij, hodiè Cosmi & Damiani, & templum Iouis, hodiè dicitur D. Bartolomæi non |

| Numerus Anni ante N.C, & appellatio Dierum. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|
| | | non adeo est ampla Insula passibus 100. & aliquot Romæ in Tyberi sita. |
| | | 27. quia Fanni apparebant in Syluis pedibus caprinis & cornibus caprinis. |
| 13. Idus. | | 28. Tybris aquas secretas disiungit, Es gehn noch zwo steinern brucken heruber daselbst. |
| CDLXXV. | CCLXXVI. | Fabij trecenti sex [29] omnes vnius gentis patricij, [30] vna cum suis familijs & clientibus [31] à veigentibus ad Cremerā [32] circumuenti, in prælio perierunt. |
| | | Ouid. |
| | | *Hæc fuit illa dies in qua veigentibus armis,* *Ter centum Fabij, ter cecidêre duo.*[33] |
| | | Sed Plutarchus in vita Camilli, Fabiorum hunc interitum, & cladem Alliensem, [34] ad vnam & eandem circa Salstitij æstiui tempus, diem refert.[35] |
| | | 29. Ex eadem familia nati omnes, quod illi in se receperint defensionem vrbis contra vicinos veigentes Etruscos, qui erant vicini ad dextram ripam Tybris das ander ad alteram ripam Tybris erat Latium. Liuius lib: 2. Ouid. |
| | | 30. ist nicht mehr als Einer vberbliben/ quod Valla improbat, non omnes ea fuisse ætate Fabios in eadem familia qui arma ferre poterāt, quod nō essent in vrbe relicti, solt nicht mehr dan ein Jung Kindt in der Statt vberblibē sein/ Ex tanta numerosa familia. |

| *Numerus & appellatio dierum.* | *Anni ante N.C.* | *Anni ab V.C.* | |
|---|---|---|---|
| | | | Hoc Valla non credit: neque ego huic historiæ fidem adhibeo. Dionyſ: Halicarnaſſ. lib. 4. vel 5. |
| *13. Idus.* | | | 31. Zins vndt gultleutt, item pfachleutt nominantur. |
| | | | 32. ſcil. Amnim. |
| | | | 33 Porta illa per quam egreſſi ſunt contra hoſtes, poſtea dicta fuit porta funeſta. |
| | | | 34. hoc eſt qua Rom: fuerunt proſtrati ad Allium fluuium. |
| | | | 35. παρὰ τὴν πανσελήνην. |
| | CCCLXXVIII. | CCCLXIII. | Galli Roma noctu egreſſi à M. Furio Camillo via Gabina [36] atroci prælio proſtrati ſuccubuere, [37] & victoribus vrbs recuperata eſt, ſeptimo tũ elapſo menſe, poſteaquam Galli Senones primo eam fuerant ingreſſi. Plutarchus in Camillo. |
| | | | 36. quæ via ducebat verſus Gabinos vel Gabios die Gabiner Straß. |
| | | | 37. Camillus ille fuerat exul & relegatus ab vrbe, & tamen exul hoc officium patriæ contra hoſtem præſtitit. |
| | CCXCI. | CDLX. | L. Papirius [38] L F. Spurij N. Curſor Coſſ. de Samnitibus triumphauit. |
| | | | 38. Liuius hunc L. Papirium L. F. dicit, qui quinquies Conſul fuit. Plin: lib. 7. eius quoque mentionem facit. |
| 14. XVI. Cal. Mar. | | | Lupercalia ſacra: quæ Luperci Lycæum Pana, [39] pecoris DEVM colentes in Lupercali, [40] ſub monte Palatino |
| 15. XV | | | |

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni a V.C | |
|---|---|---|---|
| | | | facere solebant. 41 De horum prima institutione variæ leguntur in veterũ scriptorum commentarijs opiniones: Plut. in Rom. Macrob. Ouidius. |
| | | | *Tertia post Idus,42 nudos aurora Lupercos43* *Aspicit, & Fauni sacra bicornis erit.* |
| | | | 39. πὰρ πᾶν Deum pastorem hunc Arcades in Græcia dixerunt. Lyceum quasi Lupinum. |
| | | | 40. Luperca, spelunca, in qua reperti fuerunt Romulus & Remus. |
| | | | 41 Quidam à Romulo, quidam ab Euãdro instituta esse hæc festa narrant, qui ex Arcadia profugus in Italiam venerat quod fratrem occiderat. |
| | | | 42. Nam Ouidius numerat dies post Id', vt ipsa dies Idus includatur inclusiuæ. |
| | | | 43. Alibi dicitur post exactas, da hatts ein andre meynung. |
| | | | Dies Februatus,44 Varro, Censorinus. |
| | | | 44. Propterea etiam mensis dicitur Februarius quasi expiatorius. Nam veteres Februare dicebant pro expiare, vt est apud Sextum Pomp. Varr. Macrob. |
| 16 CIVI Cal. Mar | | | Ventorum inconstantia quod eorum claustra sex diebus post peracta Lupercalia patêre crederentur, Ouid. |
| | | | *Orta dies fuerit, tu desine credere ventis,* *Perdidit illius temporis aura fidem.* *Flamina non constant & sex reserata diebus,* *Carceris Æolij ianua lata patet,* |

K

| Numerus & appellatio dierū | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. |
|---|---|---|
| 17 XIII. | | |
| 18 XII. Cal. Mar | | |

Quirinalia, Quirini sacra,[45] in colle Quirinali vbi templum ei dedicatum erat, more institutóque maiorum fiebāt: Quirini autem nomine Romulus diuinis honoribus post mortem auctus, magna apud Rom. religione colebatur, Ouid.

*Proxima lux vacua est,[46] at tertia dicta Quirino,*
*Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.*
*Templa Deo faciunt, collis quoq; dictus ab illo est,*
*Et referunt certi sacra paterna dies.*

45. Romulus qui postquam interijsset & in diuinum numerum relatus, Quirinus dictus.

46. Intelligit diem post inconstantiam ventorum.

Stultorum facta, scilicet eorum qui suæ Tribus aut indictorum nuper à Curione Maximo,[47] Fornacaliorum ignari,[48] siue etiam rebus alijs impediti, aut aliquò peregrè profecti, Fornacalibus rem diuinam vt alij Tribules nō fecerant. Iis enim neglecti Festi recuperandi potestas Quirinalibus permissa erat. Plut. Probl. 89. Ouid.

*Curio legitimis tunc Fornacalia verbis*
*Maximus indicit, nec stata sacra facit.*
*Inq; foro multa circumpendente Tabella,*
*Signatum certa curia quæq; nota.*

47. Habe-

| *Numerus & appellatio dierum.* | *Anni ante N.C.* | *Anni ab V.C.* |
|---|---|---|
| *18 XII Cal Mar* | | |

47. Habebat quæque Tribus ſuum curionem, is dicebatur curio Maximus, ihr pfarher: ille ſi incidebat feſtum in aliquem Diem, indicare ſolebat: iam ſi quis non indicto Tempore aderat, aut ignoraret, ille poſtea fornacalia Feſta ſupplebat, das nante man die ferias ſtultorum. Nam Fornacalia erant feſta indicta, quæ Curio Maximus indicabat, non ſolebant obſeruari certo tempore in ſua Octoade, den ſie haben 8. tag in Einer wochen gehabt/ vt nos habemus 7. dies.

48. Nam fornaci Deæ feſta indicta celebrabantur, & appellabantur Fornacalia, hunc autem cultum propterea fornaci DEÆ exhibebant, quod cum antea frumenta tantum contriuiſſent vtcunque, poſteaquam inuenta eſſet commodior elicendi farinæ ratio, inde hunc cultum fornaci DEÆ exhibere voluerunt.

*Stultaque pars populi quæ ſit ſua curia neſcit*
*Sed facit extrema ſacra relicta die.* 49

49. Scil. auf den abend Quirinaliorum relicta, id eſt omiſſa.

Feralia [50] incipiebant, & ad finem uſque menſis, exercebantur: Etenim vndecim illis diebus noctu, ſicuti opinor, iã ineũte dijs manibus iuſta ſoluebantur

Numerus Anni ac appellatio dierum. | Anni ab V.C. | & appel te N.C.

18 XII. Cal. Mar.

ac ferebant Epulæ ad sepulchra mortuorum, vnde & Feralia dicta Varro, Festusque censent: Toto autem hoc tempore & viduis & puellis nubere in auspicatum, ideoque à nuptijs planè abstinendum credebatur: quin etiam DEORVM templa claudebantur, sacraque illorum cessabant omnia, exceptis tantum ijs, quæ necessitas intermitti nolebat, cuiusmodi erant Terminalia [51] de quibus infra.

Ouidius. *(supersunt,*
*Nec tamen hac vltra, quam quot de mense*
*Luciferi, quot habent carmina nostra pedes.* [52]

50. Feralia dicebantur à ferendis Epulis ad sepulchra mortuorum, vt Varro, Sextus Pompeius: alij à feriendis pecudibus, Ouid.
*Est honor & tumulis. &c.*

51. vide Festum de verb: veteribus.

52. vndecim pedes sc: quibus cõstat carmen Elegiacum. Tacitæ siue mutæ Nymphæ infernæ, magicum sacrum ad compescendas detrahentium inimicorum linguas fiebat, Ouid.
Illa vero à loquacitate Lalar, & dempta Syllaba Lar appellabatur, ac Larium credebatur Mater, quam tamen Macrobius Maniam vocat Iupiter etiam, linguam ei, quia tacere nesciret, [53]

abstu-

| *Numerus & appellatio Dierum.* | *Anni ante N.C.* | *Anni ab V.C.* | |
|---|---|---|---|
| 18, XII. Cal, Mar. | | | abstulisse fertur, ita vt commune cum mortuis silentium esset, eidem. Hinc enim illius sacra Feralibus iuncta.[54] 53. ist verschwegt gewesen. 54. Ouid. *Ecce annus in medijs &c.* |
| | *CCCLIX* | *CCCxCI* | C.Sulpitius M.F.Q.N.Peticus Cos. II. de Hernicis Triumphauit. |
| | *CCCXL-VIII,* | *CDII,* | M.Popilius M.F.C.N.Lænas. Cos. III. de Gallis triumphauit. |
| | *CCCXX* | *CDXX XI.* | L.Fuluius L. F. L. N. Curuus, Cos: de Samnitibus triumphauit. |
| | | | Q.Fabiꝰ M.F.M.N.Maximꝰ, Rullianꝰ Cos. de Samnitibꝰ & Æpulis triũphauit. |
| | *CCLX XIV.* | *CDLX XVII.* | Q.Fabius, M. F. M. N. Maximus, Gurges Cos. II. de Lucanis, Samnitibus, Brutijsque triumphauit. |
| | *CCLXXI* | *CDLxxx* | C.Claudiꝰ C. F. C.N.Canina, Cos: II. de Lucanis, Sãnitibꝰ Brutijsq; triũphauit. L.Anitius L. F. M N. Gallus. Proprætor de Rege Gẽtio & Illyrijs triũphauit.[55] 55. Liuius, Apianus. Alex: in Illyrica. Ouidius biduũ inter Lupercalia & Quirinalia constituit: ita quidem, vt hæc ad XII. Cal. Mart: referenda videantur: sed Capitolinæ[56] Tabulæ omnes hos enumeratas Triumphos, vno tantum Q. Fabij Maximi Rulliani excepto triumpho, qui & ipse ad 12. Cal. Martias refertur ibidem, Quirinalibus actos fuisse docet. |

| *Numerus Anni an- & appel- et latio dierum.* | *N.C,* | *Anni ab V.C.* |
|---|---|---|
| 19. *XI. Cal.Mar.* | | |
| 20. *X.* | | |

Atque hinc Romanos Quirinalia 13. potius quam 12. ante Cal: Martias die celebrasse, conijcere forsan liceret: præsertim cum & vetus illud calendarium, quod Romæ in Maffeorum ædibus Paulus Manutius è Marmore descripsit, Quirinalia ad IV. post exactas Idus diem retulisse constet.

56. Quæ ante annos 44. fuerunt effossæ in foro Romano, marmoreæ, & quã Alex. Farnesius Cardinalis curauit transferri in aream domus Conseruatorũ, quæ est in monte Capitolino.

Charistia cognatorum festa: instituebatur enim hoc Februarij die solenne cõuiuium cui præter cognatos & affines nemo intererat: nimirum vt si qua inter necessarias personas, quærela exorta esset, inter sacra mensæ & inter hilaritatem animorum, adhibitis concordiæ fauctoribus tolleretur: & vt post extinctos multos, superstitum numerus ex eadem cognatione recenseretur,[57] Ouid.2.Fast.

57. Recensebant quot ex illa cognatione eo anno in expeditione Romana contra hostes occubuissent, vel alio modo desiderarentur, **Was in eim Jahr war abgangen zu Rom.**

Terminalia, Termino Deo[58] quem Termonem Ennius dixit, Ouid.

*Nox*

| *Numerus & appellatio dierum.* | *Anni ante N.C.* | *Anni ab V.C.* | |
|---|---|---|---|
| | | | *Nox vbi transierit* 59 *solito celebretur honore* |
| | | | *Separatur inditio, qui Deus arua suo.* |
| | | | 58. Nam Romani colebant Terminum tanquam Deum aliquem, cuius etiam fanum erat in templo ipsius Iouis Capitolini. |
| | *clxxxv.* | *dlxvi.* | 59. Scilicet post exacta Charistia. |
| | | | M. Fuluius M. F. Seruij N Nobilior, Procos. de Ætolis Ambracibus & Cephalenia triumphum egit, 60 Tab. Capitolinæ. |
| | | | 60. Liuius ad Cal: Ianua: retulit, nescio an mendum sit apud Liuium. |
| | *CLXIV.* | *DLXXXVII.* 61. *Huc vsque Liuij historia scripta est* | C. Sulpitius C. F. C. N. Gallus, Coss. de Liguribus triumphauit. |
| *21. IX.* | | | |
| *22. VIII.* | | | |
| *23. VII* | *DVII.* | *CCXLIV.* | Regifugium, 62 in memoriam vrbe pulsi Tarquinij, sacrum fiebat. Ouid. |
| | | | *Nunc mihi dicẽda est Regisfuga, traxit ab illa Sextus ab extremo nomina Mense dies.* 63 |
| | | | De die Regifugij diuersæ sunt apud Romanarum rerum scriptores sententiæ. Nam & Ouid. |
| | | | *Regifugij alium quoque diem annotat, nimirũ* 9. Cal. Iunias, 64 Beda Regifugium ad Quintum vt & Terminalia ad 7. Cal. Mart. refert. scil: vt inter Terminalia & Regifugium depræhendatur dies intercalaris. Veruntamen si Quirinalia ad 12. Cal. Mart. vtique referen- |

| Numerus & appellatio dierũ. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. |
| --- | --- | --- |
| 24 VI. | | |
| 25 V. | | |
| 26 IV. | | |
| 27 III. | | |
| Cal. Mar 28 prid. Cal. | | |

da sint, vt quidem Ouidio placet, Feraliorum quoque initium ad noctem sequentem; charistia verò nihilominus ad 11. necnon Terminalia ad 10. cal. Martias, non incommodè referemus.

62. Siue Regisfugium.

63. Hoc est, die 6. à fine mensis.

64. Iterum annotatur aliud mense Maio Regifugium.

Equiria [65] in campo Martio. Varro, Ouid. Festus.

65. Supra etiam ad III. cal. Feb. annotata sunt.

Tarquinij & eorum auxiliares Etrusci à L. Iunio Bruto & P. Valerio, Volusi F. Coss. prælio superati, quo Brutus ipse, [66] & Aruns Tarquinij Superbi. F. ex mutuis vulneribus primo impetu concurrentes, occubuêre: perierunt Hetruscorum, teste Liuio 11300. Romanorum vno minus, vel pauciores, id est, 11299. Plutarchus in publicola. Dyon. lib. 5.

66. Qui fuit des alten Tarquinij Schwester sohn.

Hos triumphos & vnum ex Cn. Pompeij consulatibus, quia ad mensem intercalarem relati sunt, Februario subiungere hoc loco libuit.

MAR-

| Numerus & appellatio dierũ. 1. Cal. Mart. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. |
|---|---|---|
| | DCCV. | XLVI. |

# MARTIVS DIES habet 31.

Tutela Mineruæ.

Matronalia. Festa sacra in honorem Martis & memoriam cruenti belli inter Romanos & Sabinos per mulieres cōpositi.

Erat enim hic Matronarum Festus dies quo & seruis cœnas apponebant vt ea benignitate promptum eorum obsequium prouocarēt, quemadmodum in Saturnalibus Domini, vt perfecti operis gratiam aliquam exoluerent, facere consueuerant; Ouid. Festus Macrobius, Porphyrius.

Viri vxoribus mittebant munera, sicut illa vicissim viris: Tibullus.

Iunoni Liciniæ templum à Matronis Romanis in monte Exquilino dedicatum, Ouid.

DCCV. XLVI. Ancilla, Martis arma vti credebantur de cœlo delapsa, Salij Martis sacerdotes circumferebant Mamurium cauentes, nec nubere bonum credebatur, priusquam reconderentur: Ouid.

Nouus ignis in æde Vestæ accendebatur, Ouid. Macrob. Solinus.

Laureæ veteres ac aridæ nouis commutabantur in æde Vestæ Regis sacrorū-

| Numerus & appellatio dierū | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | | | & Flaminum domibus, veteri curia & facibus consularibus. Vectigalia locabantur, Macrob. |
| 1. Cal. Mart. | DCVI. | ccxlv. | P. Valerius Volusi F. primus post exturbatos vrbis Regis consf. de veientibus alijsque Etruscis qui pro restituēdis Tarquinijs bellum Reipub. Rom. mouerant, triumphum egit: Sic enim ex Liuio, Dionysio & Plutarcho colligitur. |
| | | | 1. Qui postea Publicolæ à colendo populo nomen sortitus est. |
| | cccxxvij. | cdxxiv. | 2. Plinius & Dionysi |
| | | | L. Æmilius L.F.L.N. Mamercinus Priueria [3] cos. II. de Priuernatibus triumphauit [4] |
| | | | 3. Priuernum oppidū in vicinia Romæ |
| | | | 4. Vnde post hanc victoriam partam, Priuernas cognominatus est. |
| | | | C. Plautius P.F.P.N. Decianus cos. de Priuernatibus triumphauit. |
| | cclxxij. | cdlxxvij. | L. Cornelius, Tiberij F. Ser. N. Lentulus, cos. de Samnitibus & Lucanis triumphauit. |
| | ccxxxix. | DXII. | Q Luctatius C.F.C.N. Cereo cos. de Faliscis triumphauit. |
| | ccxx. | dxxxi. | M Claudius M.F. M.N. Marcellus cos. de Gallis Insubribus & Germanis triumphauit, isque spolia opima retulit, duce hostium Virdumaro ad Castidium interfecto. |

L.

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| 1. Cal. | lxxxiv. | dclXVij. | L. Cornelius Sylla, 5 Caio Mario VII. C.Corn. Cinna II. coſſ. Athenarum vrbem aliquandiu circumualatam atque obſeſſam cœpit, ibique Ariſtionē in arcem confugientem fame ad dedi tionem compulit & occidit. 6<br>5. Qui perpetuam dictaturam Romæ arripuit.<br>6. Sylla Ariſtotelis ſcripta Athenis Romam tranſtulit, etiamſi Tyrannus fuerit, tamen hoc beneficij in Romanis præſtitit, cum Ariſtotelis libros illis traderet. |
| 2 vi. Non.<br>3 V.<br>4 IV. | ccxxxiv. | DXII. | A. Manlius T.F. T.N. Torquatus Attic⁹ coſ. de Valiſcis triumphauit. 7<br>7. Scil. poſtridie triumphi ipſius L. Luctatij, Fuerunt enim hi duo collegæ in conſulatu.<br>M. Clodius M.F. M.N. Marcellus coſ. de Comenſib⁹ & Inſubribus triūphauit. |
| 5 III. | cccxxij. | cdxxix. | 8. Da der Coſſien ſee ietzt den namen von hatt. L. Papirius, 9 Sp.F. L.N. Curſor, Dict. de Samnitibus triumphauit.<br>6 Eſt adhuc hodie apud Rom. nobilis quædam familia Papiriana, ſed an ex antiqua familia ſuperſit, dubito: hoc tamen affirmo, Papiriam illam fuiſſe ex ea Rom. familia quæ hodiè adhuc celebris eſt Romæ, quæ eo ipſo tempore quo Pius IV. Pontifex diem obijt, in eius lecto dormiuit. Idq; p vniuerſam |

| Numerus & appellatio dierū. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | | | Italiam notorium est. Venetijs est familia Marcellorum, illi omninò contendūt suam familiam descendere ex familia Marcellorum. |
| | CCXXC. | CDLXXI | C.Fabritius. C.F.C.N Luscinus Cos:de Samnitibus, Lucanis, Brutijsque triumphauit, [10] alij de Etruscis & Gallis cum triumphasse ex Polybio colligūt. 10. qui dicuntur hodiè calabri, fuerunt Brutij. |
| | CCXXIX | DXXII, | C.Papirius C.F.L.N.Maso Cos:de Corsis. [11] primus in monte Albano triumphauit. [12] 10. Cortica insula, cuius incolæ corsi dicuntur, hodiè Genuēsibus patet. 11. Non procul ab vrbe: ideo factū, quia in vrbe à Senatoribus Triumphus ei erat denegatus. |
| | CCLIII. | DXXVIII. | L. Æmilius L. F. Cn. N. Papus Cos.de Gallis triumphauit. |
| | CLXXX. | DLXVI. | Cn:Manlius Cn. F. L. N. Vulso Procos: de Gallis Asiaticis triumphauit. |
| 6. Prid. | V. | | |
| 7. Non. | | | Veioni Templum ad duos Lucos Æsyli sacratum, Ouid. |

*Vna nota est Martis Nonis, sacrata quod illis*
*Templa putant lucos Veiouis ante duos.* [11]

11. Cur dictus sit Veiupiter, variæ sunt sententiæ, Ouidius quasi pro parco Ioue dictus fuerit, propter particulam Ve, si illa adijciatur, habeat vim diminuendi: & addit rationem, quod quæ

| Numerus & appel- | Anni an-te N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | | | Vegrandiæ dicuntur quaſi parum grandia: Idem etiam Sextus Pompeius, Vegrande quaſi malè grande, vecoris, veſanus, quaſi parum cordis, malè ſanus Sed Nonius Marcellus aliam dicit rationem, Vt vegrandia quaſi magis grandia, & vult aſcribere Ve, particulæ augendi vim. |
| 8. VIII. Idus 9. VII, 10, VI, | CCXL, | DXI, | C.Luctatius C F.C N. Catulus Cos: nauali prælio ſuperauit Pœnos, ad Lydibæum Siciliæ promontorium. Eutropius. |
| | CCXIII, | DXVIII. | T.Manlius T.F.T.N. Torquatus Cos: de Sardis triumphauit. [12]<br>12. qui Sardiniam inſulam incolunt, ſardenſer. |
| 11. V, | CCXXI, | DXXX, | C. Flaminius [13] C.F.L.N. Cos: de Gallis triumphauit.<br>13. à flamine originem habet. |
| 12, IV, | CCLVII, | CDXCIV | L.Cornelius L.F. cn.N. Scipio, Cos: de Pœnis, Sardinia & Corſica triũphauit. |
| 13, III | | | P.Furi⁹ SP F. M. N. Philus, Cos: de Gallis & Liguribus triumphauit. [14]<br>14. ſcil. biduo poſt collegam ſuum in cõſulatu, C.Flaminium. |
| 14, Prid. 15, Idus, | | | Equiria altera, apud Tyberim in campo Martio, vel ſi aquis illæ intumuiſſet, in monte Cælio, Ouid: Feſt: quidam tamen ad ſequentem diem referunt.<br>Ioui ſacrum. [15] Ouid.<br>15. quia Ioui ſingulorũ Mẽſiũ Idib⁹ ſacrũ ſiebat, quia in ei⁹ tutela erant Idus. |

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante natum Christum | Anni ab urbe condita, | |
|---|---|---|---|
| 15. Idus | | | Annæ perennæ, festum geniale, [16] sumptis in Commessationib⁹, poculis largioribus, ita vt pro Cyathorũ haustorum numero [17] totidem vel plures etiam vitæ annos sibi mutuo precarẽtur amici. Ouid. |
| | | | 16. Ein frölich fest/das man mit freßen vñ sauffen begangẽ hatt: vt apud nos Martinus: Jetzt trinckt mã auch vff gesuntheit. |
| | | | 17. So vill er becher auß winckt/ so vill jahr soller leben. |
| | CC. | DXXI. | Dies Magistratui [18] ineundo solennis factus, Cn. Cornelio L. F. L. N. Scipione, Caluo, M. Claudio M. F. M. N. Marcello Coss. |
| | | | 18. Id est consulari. |
| | CCCCLXXII. | CCLXXIX. | A. Manlius Cn: F P. N. vulso, Cos: ouans vrbem ingressus est, quod inducias cum veientiphus fecisset. |
| | | | 19. Ouatio fuit minor triumpho, minor solennitas, quam in manifesto ex Senatus decreto facto triumpho. |
| | CCCXXXIII. | CDXVIII | M. Valerius M. F. M. N. Coruus Cos. IV. de Calenis triumphauit. |
| | CCXXI. | DXX. | Manius Pomponius M. F. M. N. Matho Cos: de Sardis triumphauit. |
| 16. XVIII. Cal, April | | | Ibant solenni Pompa Romani per biduũ ad Argæos, hoc est Castoris & Pollucis templum, vt quidem Paulus Marsus, Ouidij interpres exponit. |

Libe-

| Numerus & appellatio Dierum. | Anni ante.N.C, | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| 17 XVI. Cal. Apr. | | | Liberalia, Bachi Festa, diuersa tamen à Bacchanalibus çelebrabantur. Ouid. *Tertia post Idus 20 lux est celeberrima Baccho.* 20. Id est post exactas Idus: hoc est postquam completus est tantum secūdus dies, quod refert Ouidius ad tertium, id est vt post exactas id[9] sit intelligēdus tertius dies post exactas Idus. Item. *Itur ad Argæos, qui sint, sua pagina dicet, Hac sicut memini, prateritaq; die.* Quidam tamen pro tertia post Idus, diē sequentem intelligere malunt. Liberalia 21 Bcechi festa. 21. à Libero, id est Baccho, sed fuerunt tamen alia à Baccanalibus. Ingenui pueri sumebant virilem togam. Varro & Ouidius 3. Fast. *Restat vt inueniam, quare toga libera detur Luciferis pueris candide Bacche tuis.* Agonia Festa. Varro. legatur de ijsdem & Macrob. lib: 1. C. 18. Saturnal. |
| 18 XV | CCLXL. | CDXC. | Manius Valeri[9].M.F.M.N. Maxim[9] Messala Cos. de pænis & Rege Siculorum Hierone triumphauit. 22 22. Factum est tempore primi belli Punici. Mineruæ natalis Ouid: |
| 19. XIV. | | | Quinquatria Mineruæ sacta, per dies quinque, vti complures trædunt. Sextus autem Pompeius affirmat non à |

*Numerus & appellatio Dierum* | *Anni ante N.C.* | *Anni ab V.C.*

numero dierũ quibus sacra Mineruæ celebrarētur, sed potius, quod quinta post Idus die sacra illa obseruari consueuerint Hac quinquatriorum die

*19. XIV. Cal. Apr.* quamprimum nonnulli constituunt, digladiari, eamque sanguine cruentã reddere nefas erat, Ouid:

*Sanguine prima vacat, nec fas concurrere*
*Causa quod est illa nata Minerua die.*

Pueri Magistris Mineruál [23] soluebant Ouid:(ferro,

3. Fast.

23. Ideſt Præmium Scholaſticum.

Palladi capitali, seu captæ templum dicatum in monte cælio, Ouid.

*Vna dies media est, [24] & fiũt sacra Mineruæ*
*Nomina q̃ à iunctis quinq; diebus habẽt [25]*

24. scil, inter Liberalia & Quinquatria.

25. vt dicantur Quinquatria.

*20. XIII.* Quinquatria. [26]

26. Ouidij natalis, sed Ouidius natus est post emẽdatum Calendarium à Iulio cæsare. neque huc pertinet.

*21. XII.* Quinquatria.

*22. XI.* Quinquatria.

*23. X.* Quinquatria.

Tubiluſtrium, quo ſacrorum tubæ luſtrabantu, Varro, Ouid.

*Summa [27] dies è quinq; Tubã lustrare canorã*
*Admonet & forti sacrificare DEAE.*

27. Id eſt, vltima.

| Numerus & appellatio dierum | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| 25. VIII. Cal. Apr. | | | C. Cornelius L.F.Cn.N.Scipio.Asina 28. Procos:de Pœnis triumphauit. 29. |
| | | | 28. Cognomētum Asinæ habuit hic Scipio. |
| | | | 29. Fuit patruelis Cn. Cornelij Scipionis Calui illius Consulis. |
| | | | Hilaria 30. lętitię celebritas, nimirũ quod ab ipso verni ęquinoctij die, Sol diem noctè longiorem efficeret: Macrobius, Plin: Columel. |
| 26. VII. | | | 30. Possit igitur hoc festum ad Iulianam anni rationem, potius referri. |
| 27. VI. | | | Megalesia: 31. Varro. Hæc festa matris Deũ haud dubiè, vti vocabatur, quæ & cuius modi fuerit certò affirmare non possum. Nisi fortè pompã illã animaduersariã, qua carpentũ vehendo simulachro eius DEÆ dicatum, vndis Almonis abluebatur intelligamus. Nam vt Megalesiorum ludos Ouidius etiam ad nonas Aprilis refert. |
| | | | 31. Id est, ipsa terra. |
| | CCXCII. | CDLIX. | L. Posthumius L. F. Spurij N. Megellus, Cos: de Samuitibus & Etruscis triumphauit. |
| 28. V. | CCXCII. | CDLIX. | M. Attilius Regulus M.F.M.N.Cos. 32. de Pollonibus & Samuitibus triumphauit. |
| 29. IIII. | | | 32. Hi duo Coss. fuerunt collegæ. |
| 30. III. | | | Alterutro horum duorum Pridie Calen- |

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N. C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | | | das Apríleis, quàm proximè antecedentium dierum, vt quidem ex Ouidij verbis colligere licet, Iano concordiæ, Saluti, Paci, quatuor numinibus Romani sacra facere solebant. |
| | | | Sic enim Ouidius,<br>Inde 33. o quater pastor, feros vbi clauserit hædos.<br>Caruerint herbæ, roræ recentæ quater:<br>Ianus adorãdus, cum quo cõcordia mitis.<br>Et Romana Salus, aráque pacis erit:<br>33. ab æquinoctij verni die. |
| 31. Prid. Cal. | | | Lunæ, id est Dianæ in monte Auentino sacrum fiebat. Ouid. |

APRI-



# APRILIS DIES habet 30.

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| 1. Cal. Aprilis | | | Tutela Veneris. |
| | | | Iunoni ſacrum Ouid: |
| | | | Mulieres in memoriam Veneris, quæ Myrtho vt à Satyris tutior eſſet faciem aliquando texiſſe ferebatur, frondibus ex eiuſdem generis arbore decerptis atque concinnatis coronatæ lauabant. |
| | CCLX. XIX. | CDLX. XII. | Fortunæ virili cuius templum erat in ripa Tyberina, thure ſacrificabant fæminæ. Ouid. initio 4. Faſt. |
| | | | Q. Martius, 1. Q.F. Q N. Philippus Cos: de Etruſcis ttiumphauit. |
| | CCLI. | D. | 1. à Marco quodam, idcirco debet ſcribi per C. nomen Marcij. |
| | CCXX. XII. | DXIX. | C. Sempronius, Tib F. Tib. Nepos Læſus Cos. de pœnis triumphauit. |
| | | | Sp. Caruilius, S P.F. C.N. Maximus Cos. de Sardis triumphauit. |
| | BCLXX. XXV. | LVI: | M. T. Cicero, L. Calpurnio 2. L. F. L. N. Piſone. A. Gabino, A.F Coss cum ſe à M. Craſſo Cn. Pompeio & C. Cæſare deſertùm videret, metuerétque ne ſuâ causâ ciuium aliqua cædes fieret, vrbe exceſſit, & in exilium abiit: 2. Eadémque die Rogatio de prouinciis conſularibus lata; domus eius in palatio à P. Clodio Trib. pl. inimico ſuo incenſa, |

M 2

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | | | area licertati consecrata, bona publicata, prædia direpta sunt. |
| | | | 2. Caspurnii à Numæ Pompilii F. nomē & originem habent. |
| 3. IV. Non: | | | 2. Cicero in Macedoniam abiit. |
| 3. III. | DI. | CCL. | P. Posthumius Q. F. Tubertus Cos: II. ouans 3. primus de Sabinis vrbem ingressus est. |
| | | | 3. Ouatio minor quam triumphatio vel triumphus. |
| 4. Prid. Non: | | | Agrippa 4. Menenius 5. C. F. Lanatus Cos: de Sabinis triumphauit. |
| 6. Non: Apr. | | | Matris DEVM festa & ludi Megalesiorum nomine appellati, celebrabant, Ouid. lib. 4. Fast. vet. Calend. quanquam Liuius de iisdem aliter scribit lib. 29. |
| | | | 4. Prænomen, non gentilitium alicuius familiæ 5. hoc est nomen gentilitium. |
| 6. VIII Idus. | | | Fortunæ publicæ 6. primigeniæ; quàm alii πρωτογένειαν dixerunt, in colle Quirinali ædes, quas decem ante annis P. |
| | CCLXX. IX. | DLII. | Sempronius Sophus fouerat, eásque censor postea factus locarat, à Q. Mar- |
| | CLXX. XIX. | DLXII. | tio Ahala Duūuiro ad id negocii creato dedicatæ, Varro Ouid. 6. quia cognomina & delubra & templa fortunæ fuerunt. |
| | | | 1. Lactant. lib. 2. Instit. Christ. cap. 8. |
| 7. VIII. Idus. 8. VI. | L. | DCCI. | M. Tul. Cicero orationem pro T. Annio Milone dixit Cn. Pompeio Cn. F. S. ex N. Magno III. Solo: Q. Cæcilio Q. T. Q. N. |

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | XLIV. | DCCVII | Q.N.Metello Pio,Scipione Coss: C.Iul. Cæsar, reliquias exercitus Pompeiani in Africa persequutus, Iubam Mauritaniæ Regem prælio superauit. Ouid.Dio.Cassius,Plut.in vita Cæs.& in vita M.Por. Cato: Vtic.Ludi ob victoriam C.Gæsaris de Iuba quotannis fiebat.Ouid. |
| | | | Cerealia,ludi circenses,in quorum pompa simulachra Deorum vehebantur. 8.Forma Circii. a b b a c |
| | | | a. Carceres in quibus Equi detinebantur, ad decertandum,prompti, currendo scil. |
| | | | b. Meta à qua cursus incipiebat. |
| ..IV. | | | c. gradus in illo loci, magnam vsque in altitudinem extructi. |
| II. III. Idus. | L. | DCCL | Titus Annius Milo ob P.Clodii cædem & quia Ciceronis defensio minus valida indicaretur, damnatus est, Asconius Pædianus 9. |
| | | | 9. qui scripsit Commentaria in orationes Ciceronis,quarum quędam adhuc extant præsertim verò in orationem Milouianam. |
| ..IR. | CCII. | DXL. IX. | M. Corn.Cethego,10.P.Sempronio Tuditano Coss: Magna mater Idæa siue Dea pessinuntia ex Asia in Italiā transuecta Romani deducta & in ædem victoriæ, quæ erat in palatio perlata. |

| Numerus & appellatio dierum. | Anni ante N. C. | Anni ab V.C. | |
|---|---|---|---|
| | | | Vnde hic dies festus fuit: populus frequens donâ DEÆ in palatium tulit lectis terniumque & ludi exhibiti fuêre, Megalesia appellata. Liuius lib.29. Atque hinc puto Megalesia quæ ab Ouidio ad Non Aprilis referuntur, 13.post anno P. Cornelio Scipione Nasica, Manio Acilio Glabrione Coss. ob tēpli matris DEVM à M. Liuio & C.Claudio Coss. anno ab V. C.locati 549. tūc factam à M. Iunio Bruto, dedicationem, factum fuisse. |
| | | | Quandoquidem illorum quoque meminit Liuius lib.36.dec.4.in descriptione Belli Maced. ı. vbi eos ludos Scenicos primum fuisse, ex Valerio Antiate tradit. |
| | | | 10. Quamuis Liuius præcedentis anni Coss. Cornelium Scipionem & Licinium dicat. |
| ꝓ.Idus. | DCCXX XVI.vel DCCXX XVII. | XIIII. vel XV. | Ioui sacrum.Ouid. |
| | | | Fidenæ oppidum, 11. 40. stadiis à Roma Dionysio teste dissitum in Romuli potestatem venit, eóque Romanorum Colonia, scil.300.ciuium, deducta est. |
| | | | 11. Nam inter Tatij Sabinorum Regis cędem & Romuli triumphum de Camerinis factum hoc esse testatur Dionysius. |
| | CCLXX. XXIII. | CDL. VIII. | Ioui victori cædes quàm bello Samuitico nouerat Q.Fabius M F.Numerij 12.N. |

Max

| Numerus & appellatio Dierum. | Anni ante N.C. | Anni ab V. C. | |
|---|---|---|---|
